


WINTER (FREDRIK) 1712–60.

7634. In Latin, on paper: written about 1755: $9\frac{7}{8} \times 7\frac{5}{8}$ in., i + 187 leaves.

'Illustrissimi Viri. F: Winteri Prælectiones Academicæ in H: Boerhaave Aphorismos de Cognoscendis, et Curandis Morbis'; notes of lectures, written on the left half of the recto of the leaves. The first of two inserted leaves (25*b*, 111*b*), with notes of cases, is dated 18 Sept., 1755.

Bought at auction, Burgersdijk & Niermans, Leyden, April 1914.

Winter became professor of medicine at Leyden in 1747.

i (ult.)

nquis ē bēng, d
lw ō regere fiō

dicine at Leyden

Illustrissimi Viri
F: Winteri
Praelectiones Academicae
in
H: Boerhaave Aphorismos
De
Cognoscendis, et Curandis Morbis.

De Morbis, ex Defectu Circulationis, et Plethorâ.

Aphorismus. 106.


Medici faciunt duplicem Speciem Plethorae, 1. Unam ad vasa,
2. Alteram ad Vires.

1. Recte quidem dicitur ad Vasa, si sanguis in tantâ adest copiâ, ut in sano, et robusto, si vasa adeo multum, et extra mensuram sunt distenta, ut non sanguinem regere possint in suo motu, nec ferre nequeant mutationes absque morbis;

In Plethorâ ad Vasa homo est sanus robustusque, sanguis est bonus, sed copiâ nimiâ, ut Vasa non regere possint sanguinem, nec potest Corpus sic sustineri absque periculo.

De Plethorâ.

2. Dicitur ad Vires, si sanguis in tantâ copiâ non est, et obtinet hæc in corpore debili, non in sano, adeoque hic, si corpus consideratur ut sanum, non nimiâ copiâ afficitur ad Vires vasorum.
Plethora potest aquosa esse, modo copia peccet respectu Virium.
3. Possumus ad hanc speciem Plethoræ ad Vires referre eam, quam Medici appellant Apparentem Plethoram, si obtinet in corporibus sensibilibus, si vasa adeo sensilia et mobilia sunt, ut ad minimam re-sistentiam afficiantur, rumpantur, et spasmi producantur, hæc cum impatientiâ distentionis in solidis plerumque obtinet.
In omni plethorâ ad Vires possunt affectus spasmodici contemplari, ut plethora ad Vires, sunt robusti, qui ubi ad vasa laborant, a distentione vasorum afficiuntur; aliquando est Plethora ad Vires cum apparente juncta; ergo, quod utraque corpus possit afficere pathematibus ab
1 Extantione, et motu debili,
2. a spasmis.
Plethora ad Vasa in omni parte corporis non generatur, licet quis optimis cibis utatur, licet multum comedat, et digerat, non opus est, ut plethorâ afficiatur; sunt, qui modice comedunt,



De Plethorâ

Et tu magnam copiam sanguinis colli„
„gunt, ut simili modo aliqui obesi
fiunt, licetö multu sumant, et sic
contra: Prædispositiones sunt, et con„
„ditiones Physicæ, quænam sunt, vix
definire licet, possunt considerari, quæ
numerantur ab Auctore: ipse, Omnis causa, quæ multu laudabilis
Bonamq, aliquem bonam sibi copiam Chyli, et sanguinis efficit. B.
quotidie assumere, digerere optime in
primis viis, et optimum fieri san„
„guinem, si quotidie dexcernitur in eâ„
proportione, generatur ergo Plethora,
cum ista Eliminatio præcipue fit
per perspirationem, opus est, ut sanguis
attenuetur, ut copia possit evacuare
id, quod fit, ut actio vasorum major red„
„dita sit per exercitia, patet clare,
quod exercitium interminatum sit in
primas causas ad plethoram, huic
ô voluit Auctor perspirationem impe„
„ditam numerare in causas; sed
incommoda facit, generatur cum
sufficiente materie, ô preparatur ob
causas mutantes.

Prioribus positis, quod Plethora generetur, vis contractilis viscerum chylo„
si quis bene digerat, et assimilatio„ „poëorum magna,
„nem bonam faciat, viscera chylo„
„poëtica debent esse optime habere; vel et in corde, et arteriis
arteria debent esse robustæ; si lan„
„guor est corporis, venarum ut sanguis in
venis possit accumulari;

De Plethorâ.

Statutq. ex mox percipiat damnum, fit accumu„
„latio sanguinis major, differentia qties
e. qt. libram, ut ægrotet tu homo:
Fecit natura vasa laxiora, ut loc. p„
„berent humoribus: Potator aquæ mine„
„ralis haurit 5 lb; Omnis aqua e. primo
in arteriis, d. accumulatur in venis, idem
de Plethorâ verâ.

Laxior Venarum compages.

Si sanguinis missio fit, et instituitur corpus
bis simul in tantâ copiâ, ut corpus
inde debilitetur, vel fit adeo magnâ
copiâ, ut e. inde debilitatur, si demas
multum rubri sanguinis, debilitatur
corpus; V: S: privat corpus æquali por„
„tione omnium humorum: privat ergo corpus
rubris globulis, si pars globulorum ru„
„brorum sumitur, debilitatur actio arte„
„riarum, et e. facile intra breve tempus
restituitur; si qs purgat, et educit copiam
tenuium humorum, fatigatur primis viis, qm
qd debilitetur; observatum e, qd lib. san„
„guinis p. V: S: educta plus debili„
„tet corpus, qm lib. 10 tenuioris liquidi
p. purgantia. Quod nunc corpus p.
V: S: sanguinis largam, et frequentem
disponatur ad Cacochymiam, patet, qd
qdm impleti sunt laudabilibus hu„
„moribus: pro servari ab obesitate,
debet terminge ee, si nimis frequens
fit, disponitur ad hydropem; si porterus
fit nulla ratione, cur disponatur
corpus ad novam plethoram, d. obser„
„vatum fuit;

Consuetudo mittendi San„
„guinis.

De Plethorâ.

Sed dispositio corporis ad plethoram ad vires, id est situm utroque statu, mittat quis san-
guinem in copiâ magnâ, et ô fre-
quenti, dispositio corporis in plethoram ad vires apparentem; debent vasa assuescere stimulo, qui oritur a distentio-
ne; vasa nostra possunt assuescere, et de-
suescere stimulis; potest assuesci corpus ipsis venenis, modo incipiat parcâ co-
piâ, et sic tandem magis magisque.
Possumus facere, ne corpus stimulos ferre possit, quo modo fiant spasmo-
dici, si optimo, et sollicite administrum stimulus sentiat, si quis acido laborat sique vellet omni tempore origere face-
ret, ut ad levissimam acrimoniam in spasmos incideret.
Vasa debent distendi, distentio facit, ut minor sit contractio, ergo minor stimulus; ubi stimulus major est, et vasa sensilia, et fiunt contractiones uti in sanitate, si in plethorâ distendantur vasa paulo magis, et mobilia sunt, ma-
jor contractio fit, et sensibilia sunt, spasmi fiunt majores, tunc per V. S. in ple-
thoram induci potest, dispositio corporis ad pathemata, quae oriuntur in corpore valde sensili; h. e. quod facit dicere, debet quis assuescere V. S. ni; ipso removere stimulos, tandem nimis de-
bilito corpore, et inducto cachexiam, si haec nata est, et leucophlegmatia adest,

De Plethorâ.

Ut sanguis ruber vix ullam partem admittat, e Corp. impatiens distendi in vasis, sanguis tunc ē peccat, sed aqua, ergo licet educenda ē, adeo ut sint, in quibus omni mente V. S.nem instituenda ē; h. e. quod Auctor vocat Consuetudinem, hoc facit in Evacuatio qualiscunq. p. hæmorrhoides, Menarii hæmorrhagias, licet naturales sint hæ Evacuationes.

Jam supponit Corpus a nativitate adeo sensile, h. e. Corpus ē impatiens distendi, et hæc distensio qtidie augetur, tunc fit, ut tales, si V. S. appropinquat, et si hæc supprimitur p. quam causam, incommodo sentiant, et qdm Pathemata, quæ oriuntur a Circulatione inæquali; æquabilis ē Circulatio, ubi sangs eâ proportione deducitur ad omnes partes, quæ requirit ad Elasticitatem Vasorum in inæquali Circulatione sangs in majori copiâ defertur, qm fieri debet, habetur renixus Vasorum, oritur, si vasa in loco a quo angustentur, in hoc loco manet copia sanguis, et nascuntur eadem mala, aciis, quibus assuetis V. S.ni oppressis e sangs.

Causis recentioris annumerari licet exstirpatio Crurum, v. brachiorum, ubi sys̄tema Chylopoieticum idem manet, eadem copia sanguis, et Chyli fit, sed ō ē eadem quantitas partium, hinc sæpe hæmorrhagiæ fiunt in his hominibus.

De Plethorâ.

Graviditas linquq. Refertur.
Si nascuntur circa Ventriculum Obstructiones,
Spasmi Oriuntur.
In Senibus post Orivi plethora, si quis bene ap-
petit, et digerit, et Systema Vasorum Arctatum
e, hinc iis Senibus adeo Salutares et V: S: nes
et afficiuntur Saepe sine his Apoplexiâ; et
alias malis.
Pervenimus ad effectus plethorae: Effectus
Plethorae ad Vasa varii Generis Sunt; Con-
Siderantur ut tales;
1mo Qui producuntur a distentione vasorum;
Omnia possunt Considerari Symptomata
ut talia;
2do Quae pendent a Stagnatione; dantur;
3tio Quae pendent ab Irritatione.
Effectus duos priores a Stagnatione, et dis-
tentione Solâ consideravit Auctor, de
Reliquis non egit. Effectus hi Saepe obti-
nent in plethoricis, qui multum Se
movere debent, qui Calorem multum
ex morbus, exercitio, et medicamentis ex-
periuntur; hi effectus Sunt dilatatio-
nes Arteriarum; hae cum imprimis Ori-
antur in minimis Arteriis: Opinamur,
Corpus habere Vasa plena, ubi Sanguis ha-
bet in laxo Systemate Vasorum. Corpus in-
incipit Sic moveri, Venae comprimuntur, in
Venis locus non Reperitur Sanguine Expel-
lito a Corde in Arterias, hae Semina
quae debent contrahere,

De Plethorâ

Ubi sangs. ô subsistit in his, possit se fortius contrahere, expulsus sanguinem ô pot"-"sunt recipere Venae, nullus locus esse quin in minimis Arteriis, d in his differentia ē, sit, quae decurrunt p partes, ut Cutem, sit, quae decurrunt p molles, ut tunicam muscularem, ibi ergo Vascula maxime dilatabuntur, ergo hi effectus in Visceribus Oriuntur, unde in Cerebro, hepate, Liene mala ista, ut Vertigo, Sectomia, somno"-"lentia, insomnia, Epilepsia, Mania, a distentione Vasculorum Cerebri; haec Symptomata tolluntur V. S.ne, sub ex"-"ercitio in experiuntur Anxietates ho"-"mines, qa Sangs. accumulatur circa pulmones; dolores circa hypochondria, ob vasa in hepate obstructa.

Sunt itaq Vasa Lymphatica, quae sunt in"-"nora.

Oritur mutata secretio, turbatur secretio; 2plex ē Causa.

1mo distensio sola, unde dilatantur Vascula, et permittunt transire Crassa, hinc unctus Cruentus.

2da Causa dependet ab Irritatione, oritur suffocatio Circulationis ob resis"-"tentiam Cordis sinistri; dictum fuit, qd sangs. accumuletur in Arteriis mi"-"nimis, quo magis resistentia, eo ma"-"jor resistentia, unde resistentia tandem pervenit ad Cor, unde se respirare potens, stagnatio fit in Pulmonib., ut vix respirare possint;

De Plethorâ.

Vidi Casum singularem; homo aliquis valebat
Spatii intra breve tempus permetiri cursu,
præstabat, et adeo defatigatus erat, ut vix
respirare posset; metuebamus Apo-
plexiam, eramque adhuc Med: Stud:
applicuimus brachiis, et cruribus ligatu-
ras, quæ crescebant symptomata, in-
cedebat in Animi deliquium, Sanguis
in Copiâ delapsus fuisset ad Cerebrum nisi
mutatio facta fuisset.
Oritur Ruptura, ubi vasa sunt tenuia,
ut in Cerebro, inde Apoplexia; si pulmo
simul oppletus est, quod fit a Cursu
stagnatio Sanguinis in pulmonibus, ma-
gis metuenda est, si Sanguis retinetur
in pulmonibus, ut sub clamoribus, de
tibiâ, et aliis Musicis instrumentis
flant, sub vomitu quod retinetur in
pulmonibus, possunt oriri hæmor-
rhagiæ; et omnes hæmorrhagiæ hac de
Causâ oriuntur, et omnes spontaneæ
hæmorrhagiæ oriuntur a solâ disten-
sione Vasorum, a Plethorâ, sed et a
Spasmis, post inflammationes, si in-
trat vascula minima Sanguis.

Possunt effectus oriri a stagnatione,
si Corpus plethoricum vitam agit se-
dentariam, Corpora omnia, quæ
plethorâ ad vasa laborant, vasa
robusta habent, elatere, et tono
bene instructa, apparent boni humores,

De Plethorâ.

Tale Corpus, si ō continuat exercitia, si facit, ut consumat plethorâ, ir omisso exercitio, fit plethora, ut in militibus videmus, postquam seniores facti quietam agunt vitam, sed ō subsistere pōt vita actuosa, qu vasa perdant tonum, et destruatur ~~corp~~ sanitas, testantur idaves, quas si pingues facere volunt, apponunt cibum, et faciunt, ut noctu edant, apposita lampade, et intra 10 dies pinguescunt, si diutius manent, pinguedo avolat, fit id in hominibus, qd vasa, dum nimis distendit sanguis, turbentur, et turbent viscera; his turbatis, ō pōt bonus sanguis præparari, Cacochymia, et Cachexia tunc inducitur, hinc ō raro ē, qd Plethorici fiant hydropici, facilis ē stagnatio in vasis complicatissimis viscerum, ut inde obstructiones hepatis, Mesenterii fiant, unde varia symptomata, oritur et hoc, qd Cor, dum se evacuare nequit, stagnantem in suis antris acquirat sanguinem, qui coagulat, et fiunt Polypi.

Est et alia ratio, audivistis qd in Plethorâ adsit tanta copia, ut vasa ō possint subigere, si hoc ō fieri pōt, brevi oritur lentor, et glutinositas, hoc augetur quum vasa perdant suum tonum, unde laxitas, si hoc jungitur stagnationi, ea debet augeri, unde omnes isti effectus, ut a glutinoso spontaneo, ut Cachexia.

De Plethorâ.

Aliud quod fit; acres fiunt humores
stagnantes praesertim Lympha, ut Ex-
-stomatum promoveatur; ex hac Acrimo-
-niâ varia mala Cutanea, ut herpetes,
Scabies, Ulcera depascentia, pustula
Chronica, quae cum in puerperis obser-
-vamus Originem fere Omnia habent
ab humoribus stagnantibus; in puerpe-
-ris varia talia observantur; Amicus
mihi narravit, quod observavit in gra-
-vidis affectus in Capite cum Cuticulâ
Carnosâ, qui affectus sanatus fuit post puer-
-perium; memorant Medici Casus
Gravidarum, quae experiebantur pruritum
circa Orificium Vaginae, contagio ces-
-sante post puerperium; Ridley
exemplum habet, ubi dicit, se talem
sanasse Mercurio.
Hi sunt effectus a stagnatione solâ.
Sequuntur Effectus ab Irritatione:
Considerandum vasa ut Canales,
considerandum, quod sunt vasa Elastica,
sed et irritabilia; sunt irritabilia
vasa, possunt contractiones oriri, inde
angustantur vasa, et turbatur circulatio;
haec sunt frequentes in plethorâ.
Notamus vasa varia sunt, sic varii sunt
effectus, qui inde oriuntur; possunt
oriri mutationes secretionum; si
vasa nimis distendantur, admittunt
globulos majores, quam vehere pos-
-sunt, et fit, ut se spasmodice contrahant,

De Plethorâ.

Si in Visceribus secretoriis, et excretoriis fit,
fiunt turbae, et imminuitur secretio; tales
observantur in plethoricis, adscribunt
compressioni Vasorum, dicunt, quod Vasa disten-
-dantur nimium; Sed vix hoc admitti potest in
plethoricis, una cum tali despectione oritur
siccitas, quae docet, ultima esse obstructa,
quae symptomata cessant V. S.ne; In femi-
-nis observatur de hac causa menstruorum
suppressio ~~ex plethora irritante~~
~~Vesica~~ oritur Urinae suppressio; ex sola constric-
-tione irritantur Vasa, pressio minuitur,
vascula deplentur, et sese laxant, relaxa-
-ta transmittunt humores secernendos,
et excernendos; hinc per Urinam secernuntur,
et redduntur, et per alia.

Sanguis, qui irritat, non solum hoc producit, sed et
alias, ipse turbatur in cursu in Visceribus
abdominalibus, in his stagnans varia pa-
-themata efficit; inde fiunt haemorrhoi-
-giae, sic ibi evacuatur, tollitur plethora
in Vasis abdominalibus, sed si non inve-
-nit exitum, oritur constrictio, et facit, ut
debeat regurgitare modo versus hanc, modo
versus illam partem; inde angustiae,
communicantur spatium cum aliis partibus,
unde Vomitus; Observavi vomitum matu-
-tinum, opponebam varia medicamenta
sine fructu, nisi sanguinem, mox sana-
-tus fuit homo, a Dictinalis idem
vertus per V. S.nem sanatus fuit.

Sic flatus possunt fieri, alvi siccitas, af-
-fectio hypochondriaca:

De Plethorâ.

Sanguis potest pelli versus vasa lienalia, ad renalia, unde nictus, fluentus; potest imo pelli ad cerebrum, unde scintillationes, cephalalgia, vertigines, quae symptomata, ita malle adscribuntur nervis debilitatis; potest accumulari in pulmonibus, unde asthma sanguineum, respiratio difficilis; et haec sunt primaria symptomata.

2do Nunc de Plethorâ ad vires.

Diximus, quinam sint dispositi ad plethoram ad vasa, qui non laborant, et robusta habent viscera chylopoietica in plethoram ad vires, pectores sunt, qui habent systema vasorum valde irritabile, tales dispositiones nascuntur in nobis, ut per haereditariam dispositionem homines sint ad vires plethorici; tales sunt, qui declinationem habent ad haemorrhagias spontaneas; omnis homo talem dispositionem habent, et illigi potest, observatio Sanctorii, dicentis, quod corpora virorum sana, et moderato victu utentia sint ponderosiora quolibet mense, et redeant ad pondus intra mensis, ut mulieres.

Feminae plethoram tollunt omni mense, relevatur haec per menstrua; fit spasmus, et irritat ille vasa; in viris quando tale fit per haemorrhoides, vel haemorrhagias narium, et contingit spasmis, si tales non fiunt excretiones, fit extensio, et febris; haec facit, ut sequatur crisis, id est, solvatur sanguis ruber in minores globulos, qui evacuantur cum sudore, et urinâ. Unde patet, omnes habere aliquâ vasorum impatientiâ ad distentionem;

De Plethorâ.

Si haec major e, q ad vires e debilitas, haec juncta e cum ista plethorâ apparente, ut Etmullerus dicit, ubi dicit, ee omnia spas,,
,,modica, adeoque quae sibi junctam habent plethoram; Si talis dispositio n e he,,
,,reditaria, qtrahitur saepe p crebras evacu,,
,,ationes, v artificiales, v naturales, ut p haemorrhagias narium, uteri, v haemorrhoi,,
,,dum; hominibus his tamdiu vasa debues,,
,,cunt isti distentioni, ut ex plicentur, quo frequentiores fuerint evacuationes, eo major sensilitas virium; vide Exemplum monachae quaedam assueta erat V. S. bis in anno, mittebatur justa quantitas sanguinis; Saliva ligatura p noctem debi,,
,,lis erat facta, antequam restituebatur, post incommoda sentiit; ut si venas premeret subcutaneas, mox sentiebat ... hystericum, potuerat ... tole,,
,,rare plethoram.

Effectus ex hac pendentes, sunt 2plices.

1mus qui pendet a minori subductione humorum; vasa sunt debilia, adeoque iidem effectus ac in stagnatione, conveniunt cum illis, quos memoravi:

2do effectus hi sunt irrui, ut secretiones turbatae: hi Effectus oriuntur tunc, q tempus evacuationis adest; Femina, quae menstrua habet obstructa, bene se habet p 3 septimanas an,,
,,te paroxysmum in paroxysmo male se habet, varias sentit angustias, nulla fit Evacuatio, tum post con,,
,,fectum tempus cessant Symptomata,

De Plethorâ.

Inde illi, qui V. S.nis sunt assueti, cum in-
"stat tempus, gravitatem sentiunt, ver-
"tigines, compressiones, alia signa, quae
omnia cessant, V. S.ne instituta; sunt
hae causae compressores, quo sentiliora
sunt corpora: Vide Stumllerii Catha-
"logiâ de Plethorâ; Videbat Stahlius, quod
omnium symptomatum causae erant
spasmodicae, quod haemorrhagiae spontaneae
saepe levamen afferant in iis; ergo dixit,
Natura expellit superfluum, minuit
plethoram, et plethora est causa om-
"nium affectuum; sed in hoc erravit,
hinc causa omnium effectuum posuit in plethorâ.

1 Cognoscitur plethora ad vasa
1mo ex turgescentiâ venarum status corporis;
2do Ex rubedine faciei ex progressu cantis,
si quis corpus non bene exercuit, sed
otium degit;
3tio Si accedat molestia ad illa, quae
paulo magis irritant sanguinem,
nullum dubium est;
4to Si habitus gracilior est, eo magis cogi-
"tandum de Plethorâ.
In obesis est minor copia.

2. Plethora ad vires cognoscitur ex subjecti
dispositione ad plethoram, et ex cau-
"sis praegressis; si homo, qui a 14 anno ob-
"noxius fuerit haemorrhagiae narium, et
alias evacuationes vasorum vix ferre pos-
"set, et patitur distentionem vasorum; si
hae evacuationes non procedunt, angus-
"tiae pectoris, praecordiorum, et capitis dolor
habentur, cogitandum utique est de Plethorâ,
si majores evacuationes praessi sunt.

De Plethorâ.

Pergamus ad Curationem utriusque Plethorae. Curatio.

Curatio instituitur

1mo missu Sanguinis. Est praestantissimum remedium; peccant distentione vasa, unde illa symptomata, nimia disten-
-sio facit, ut stagnent humores. Spasmi [illegible] oriuntur, Sanguine misso, illa distentio aufertur, et causa symptomatum aufertur; V. S. autem disponit ad novam plethoram, saepe tollit, et disponit magis, in frequentes V. S.nes non sunt fiendae, ut superent istam dispositio-
2do -nem; et praescribenda sunt Exercitia, ut consumtio fiat, Sanguis sic minus gene-
-ratur.

3tio Diaeta sit parca, sic possumus quidem praecavere, interim non, si quaeque dum hisce praeceptis auscultari volunt aegroti, qui lautis cibis, et otiosae vitae assueti sunt, si se velint se exercere, aliquid tunc aliquid dandum est necessitati; V. S. licet disponat, debet tamen iterari, adeoque repetenda est; tunc regulae quaedam observantur; si ergo necessitas est, aegro debet aperiri Vena circa aequinoctium, sed ex quo Natura [illegible] sentire incipit incommoda, et spasmos producit. Si homines incommoda habent, sed non urgentia symptomata, possunt tunc institui circa aequinoctium, suadent hanc circa aequinoctium verni; calor sanguinem et liquidos extendit, adeoque ab illo metuenda sunt symptomata, pe-
-ricula metuenda sunt, circa tempus vernale actuosa fit natura, inspe ac-
-tiones vasorum animantur, et fiunt vasa fortiora; ergo majora pericula metuenda.

De Plethorâ.

~~Ergo ergo ergo prae cla reetuenda fuit~~ Circa tempus aequinoctii Autumnalis frequentio-res sunt mutationes tempestatis, adeoque ab hac Causâ metuenda ē transpiratio impedita; hinc morbi, qui periculosiores sunt in plethoricis, quam dispositionem tolling V: S:ne, quod ō tam periculosa ē. Si Contra homines statutis temporibus, vi cestis vehementia Symptomata patiuntur, ō expectandum ē tempus Vernum sed Cum necessitas postulat: Notandum ē, qd Copia sanguinis emittendi parca de-beat ee, ut possit tollere Symptoma-ta, a nimiâ distentione orta; sufficit evacuare ad ℥vi, p ratione Circumstan-tiae, ne magis disponatur ad Plethoram ad Vires.

3tio Si obstructiones mensium, aut haemor-rhoidum Causae sunt, debent restitui, Ubi assueta ē Corpus Certa evacuatio, tunc, medici ō ē venam secare, et sic supplere illam evacuationem; Feminae, quibus menstrua sunt ob-structa, si mittas omni mense sanguinem, incidunt in Leucophleg-matiam; novi Feminam, quae Obstructione menstruorum laborabat, Cui ergo missus fuit sanguis, incidit in hydropem, et licet hydrops adeet, eadem aderant Symptomata; Ratio facilis ē, ubi Femina Ordinario tempore patitur fluxus, ō poterit impediri, qn Certo die erumpat sanguis; Ergo ō fuit Copia sanguinis, sed Con-suetudo; Ergo ō possumus substi-tuere evacuationes artificiales sine detrimento sanitatis.

De Plethorâ

Haemorrhoides non debent supprimi, sine magno periculo sistendis, qui assueti sunt; si possemus supplere per V. S.nem, nullum esset periculum, sed Observationes docent Contrarium.
Si orta fuerit ob hanc Causam plethora, debemus Sanguinem mittere, sed et debemus revocare excretiones naturales, et tollere dispositionem, quae tales morbos posset efficere, et non semper in nostrâ potestate est, infiniti morbi Chronici inde initium capiunt.

In Plethorâ ad Vires non debet Vena secari ad minimam Causam, et Spasmi Subigendi per Antispasmodica, ubi Corpus sentit lassitudinem ex distensione Vasorum, maxima sentit incommoda, sed non instituenda est V. S. magis dependent a stimulis, ea Symptomata, quae oriuntur ex tali distensione vasorum, ad Vires non sunt nisi spasmodica, et quae nocent, ad Vasa hic nulla metuenda sunt, adeoque respiciendum ad spasmos, per quos ~~…~~ animadvertuntur per Plethora ad Vires, Ergo Antispasmodica adhibenda; quando ~~…~~ fere scopum obtinemus, quando non, si non succedit per haec medicamenta, debet parca V. S. institui.
Sed notandum est, quod in iis hominibus alvus sit aperta tenenda, ne ab obstructâ alvo spasmi generentur, quia Causae sunt aliorum spasmorum a distensione nimiâ, hoc in patebit in Capite de vitiis principii moventis; patebit, quod si Corpus dispositum est ad spasmos, si levis Causa accedat, non solum spasmi ab hac Causâ pendentes, sed et ab aliis Causis producantur, si terrores, et animi moerores adsunt, sedandi sunt hi, et Diaphoresis instituenda.

De Plethorâ

Sunt quaedam Corpora, in quibus plethorae ad
Vires tam magnae fuerint, ut Corpus Leuco,,
,,phlegmaticum, et Cachecticum factum fue,,
,,rit, Sanguis ruber non peccat, sed lympha;
tali in Casu purgantia solum efficient
quae ~~lympha~~ V. S.; et sunt praeferenda pur,,
,,gantia blanda, Antiphlogistica.
Insecuras evacuationes voco, quae fiunt ex
Ventriculo, pulmonibus; laedere possunt,
quod ulcus posset sequi.
Securae vocari possunt ex Nare, Utero, ano.
Cum nunc Corpus plethorâ ad Vires laborans
habeat, quod obnoxium sit insecuris, ut
Haemoptoi, vomitui cruento, ibi ad celerissima
incommoda debet V. S. adhiberi: si talia
Corpora Cacochymiam, et Cachexiam contra,,
,,xerint, purgantia locum habent: si
ex stagnatione nata fuit Cachexia V. S.
conducit, in principio Cacochymiam V. Sectione
aggredi debet Medicus, postea purgantia,
quae Remedia iterum non valde calida esse de,,
,,bent, nec Aromatica, stimulos nimis,
et spasmos producunt: Sic in Casibus stagna
aquae, evacuanda est per purgantia blanda;
si gluten, et lentor, ea incidenda sunt per
Salia blanda, myrrham, et extracta; ro,,
,,borandum Corpus per Corticem Peruvianum; ro,,
,,borandum est, sed non calor inducendus; Martia,,
,,lia conducunt, si Corpus ferre potest talia,
quum Martialia ~~a~~ conducunt, roborant, Hypocha,,
,,lia faciunt, et Orgasmum movent in
humoribus; aquae Minerales huic
Corpori satisfaciunt, diluunt, roborant,
acria ~~illaqueant~~ eliminunt.

De Plethorâ

Si iuvenis subjectus, quod vult obedire Medico,
persuaseq V. S.nem sensim omittere, et mi„
„nuere, non subito sed sensim, quoad numerum
et copiam; hoc jubet Auctor, sed non sequi
persuasus, nisi sub eâ conditione.
V. S.nes quas Helmontius adeo damnavit, non
sunt proferendae, relinquunt vasa, et
tollunt sanguinem rubrum.
Purgantia locum inveniunt in Pletho„
„ricis ad vires, si ad cachexiam deducti sunt
corpus.
Imprimis debemus abstinere ab Aloëticis,
quia stimulant vasa, et organa condu„
„cunt; utendum potius e Mannâ, pulpâ
tamarindorum, cremore tartari, sale Eb„
„shamensi, capiantur haec per 3 septimanas.
Quantum haec valeant, vidi, Erat vir Pletho„
„ricus, qui ubi majorem sanguinis copiam
collegerat, vertiginem patiebatur. Medicus
praescripsit V. S.nem, se melius habuit, sed
quid postea? Infusum adhibuit herbarum sti„
„mulantium, sibi se volebat opponere
nervis, hoc contra organa cedebant, sanguis
mitti debebat, debilitabatur adeo, ut
in Leucophlegmatiam incidat, vocor
ad illum, mitto sanguinem, et auctor fui,
ut quotidie assumeret cremorem Tartari
inde potuit aliis hoc factum fuit per 10 an„
„nos et adhuc sanus.
In Plethorâ ad vasa, illa, quae acidam
indolem habent, et globulos rubros
dissolvunt, si in copiâ assumantur,
diarrhoeam inducunt.
Ubi V. S. sustulit noxam praesentem quam
intulit Plethora, tum per Antispasmodi„
„ca turbae in quietem redactae sunt,

De Plethorâ.

Non quiescere debet Medicus, & oportet, ut corrigat dispositionem, quae est in solidis, quâ fit, ut sit impotentia diu, & sensationem illam minuit, quae dispositio prosert, quodiutius durat morbus; quaenam sint Remedia, recen„ „seo illam capite de haemorrhagiis, & has considerabo ut Plethora effectus.

Commendat Auctor Exercitia, et Cibos Acriores.

De exercitiis non est dubium, laborant, sensibilita„ „tem minuunt, et faciunt, ut plus san„ „guis consumatur.

Cibi acriores ad frequentem Constrictionem faciunt, irritant vasa, et sic augent actionem vasorum in humores, et sic obti„ „netur, quod fit per exercitia: Vera haec essent, si solida nostra in Plethorâ non essent sen„ „silia, si non haberent sensilitatem mor„ „bosam, ut ad stimulos irritarent contrac„ „tiones Ordinarias, Regulares; si hoc fit modo, Vera dicit Auctor, sed deficit requisitum, Obtinet sensilitas morbosa, et haec facit, ut fiant contractiones morbosae; acria irritant vasa, spasmos faciunt, qui stimulum sanguini provocant.

Commendandi sunt potius cibi blandi, defendentes solida contra Acrimoniam, et restituentes humores; talia sunt lac, et ex lacte praeparata Omnia, conveni„ „unt haec ideo, quia, quando solida nimis sen„ „silia sunt, patet, quod sentiendum sit de V. S.ne, quae Cautelae Gratiâ a multis instituitur.

Dicunt homines, circa aequinoctium convenire V. S.nes, Regula haec non Universalis est,

De Plethorâ.

Patet hoc ex antecedentibus, in quibus casibus valet, in quibus non. Convenit hominibus, qui ad plethoram dispositi sunt, et se exercere volunt; tum enim multa mala metuenda sunt a tali Plethorâ; convenit et in corporibus sensibilibus, et proclivibus ad Plethoram adtives, licet in his melius sit exspectare, donec adsint molestiae: Conveniunt venae sectiones his qui haemorrhagias Narium, et Haemoptoen patiuntur, praesertim his convenit venae sectio si ex pulmone, vel ventriculo provenit, tunc melius est instituere venae sectionem ante paroxysmum, si praesens est malum vix convenit.

Convenit venae sectio in senibus, quibus vasa rigescere incipiunt, si simul bene appetunt, et concoquunt, et adepti sunt tantam rigiditatem, ut non bene procedat sanguificatio, minuitur vis, sed generatur eadem copia.

Convenit foeminis sanis, robustis, vitam sedentariam post 50 annum agentibus; his enim plethora nascitur si non mittant sanguinem, eidem sunt metuendi effectus, et si subito subsisterunt menses, aut copiosa evacuatio praecesserit.

Conveniunt etiam venae sectiones in quibusdam podagricis: Veteres jam distinxerunt in Podagram calidam, et frigidam, calida a bile, frigida a pituitâ ortum ducebant, licet erraverint in causâ, rem viderunt; ii sunt homines calidiori temperie adsueti Narium Haemorrhagiis; sunt juvenes, qui multum boni sanguinis generant, sed vasa impatientia distentioni habent,

De Plethorâ

His circa ann. 40 solent in genere hæmorrhoi-
des, hæ si rite procedant, liberi sunt ab
aliis incommodis, si non rite fluunt, sæpe
morbi fiunt, ut Arthritis, Podagra,
e qsentq, et nexq ei hæc.
An theoretice explicari possit, nescio; observa-
vit hoc Stahlius, confirmavit Hoffmannus, et
experientia ulterius docet, in ejusmodi ægro-
tis obtinet calida podagra, quæ respuit
calida Aromata, quæ vulgo commendantur.
Vidi homines calidæ temperiei, vividi in-
genii, a juventute ad 30 annum assuetos
narium hæmorrhagiis; auctor fui, ut ab-
stinerent a Vino, nec biberent nil nisi
aquam, simulque abstinerent ab acrioribus,
et Aromaticis; prædixi, illos circa 40 annum
laboraturos esse podagrâ, vel Arthritide,
laboraverunt 40 anno utroque malo; et
hæmorrhoidibus laborantem novi, qui ab-
stinebat ab omni cibo acriori, et non sume-
bat nisi jusculum avenaceum, si aliis ute-
batur, noctem inquietam habuit, huic
sub primo paroxysmo podagræ præscribeba-
tur pulvis adeo quitq ex Radicibus Aristo-
lochiæ Rotundæ, Chamædryos, Chamæ-
pityos, et Gentianæ, sumebat æger hujus
pulveris ℨiß, monstrabat mihi, dixi,
me non suadere, utebatur tamen, quia Sydenha-
mus laudaverat, sed vix 14 dies elapsi
erant, quum artuosus erat sanguis, tunc
abstinere debuit.

De Plethora.

Aliquando V: S:nes instituendae sunt, ut
ex Hoffmanno videre est, non debet talis
Cachectrex esse, hinc absque dubio est, quod in
Germania tam laudata fuerit scarifica„
„tio juxta malleolos, sed non semper va„
„let in frigida Podagra, quum debili„
„tat, et in acidis scelivbus nocet; novi
talem debilissimum, omnia acido respe„
„cta habentem, pallentem, qui sin„
„gulis annis podagra corripitur, non conveniunt
ei V: S:, sed illa calidiora, quae robo„
„rant; non suadendae sunt V: S:nes an„
„nuae hominibus istis, licet robustis,
si vitam satis exercent, ut rustici, ar„
„tifices, his reddo plethoram ad vires
per V: S:nem, et facio, ut vasa talem
rigiditatem acquirant, et reddo
corpora muliebria; nec in aetate ni„
„mis juvenili, dispono corpus semper ad
talem plethoram, corpus assuescit tali
V: S:ni.
Patet, quod Gravidis conveniat repetita
V: S:; sunt Feminae omnes disposita
ad evacuandum sanguinem, i. e., habent
omnes vasa distentioni impatien„
„tia, si Gravidae sunt, cessat illa eva„
„cuatio, ubi sanguis stimulat, et na„
„tura non producit evacuationem uteri„
„nam; hinc capiuntur oppressionibus, oriuntur
vomitus nausea; his conveniunt V: S:nes,
ut praecaveamus spasmodicos morbos, qui
determinare possunt sanguinem ad viscera abdominalia;

De Plethorâ.

Patet quonam tempore, ûpe a prioribus
mentibus apparet, cur saepe abortum
passae, rursus abortent; fit, quod uterus se
contrahit spasmodice, et comprimit pla„
„centam, quum stagnat sanguis, communi„
„cantur convulsiones cum Utero; contraxerint
huic tempore se solida; talis abortus non
melius praecavetur, quam tempestivâ V:
S:ne; primae viae debent servari purae,
alvus laxa; si alvus non laxa sit, spasmi se
communicant cum reliquis; ~~[illegible]~~
huic ad praecavendum abortum laxantia te„
„nuissima, blandissima conveniunt; non de„
„bent fortiora esse, nec Aloëtica, nec
eo tempore dari, quando molimina spasmorum
adsunt; tali in casu conducunt clys„
„mata, ut sopiantur convulsiones.

Collegium Casuale Medicum Die Jovis 18. 7bris. 1755.

Casus 1.

solamen: in sinistro hypochondrio, qui se expandit ad dextrum

Foemina laborans dolore pectoris, jam ab hinc 3bus cardialgia, et acrimonia acida adest.

annis, adhuc menstruat, quotidie bis de die alvum reddit, faeces sunt putridae, vehementer vomit et siticulosa est, nunc friget, nunc iterum calet.

In morbo distinguenda est causa formalis a materiali; ex genere symptomatum ergo pendet causa materiali.

Videtur hic causa in casu nostro esse statim oriunda a spasmis, quando dicit se iam calere, iam frigere pendet a spasmodicis affectionibus, idemque ut in calore et frigore febrili. Omnia haec symptomata videntur posse auferri, si modo ablata sit causa materialis. Quaestio hic maxima est de causa materiali; in hac aegrota signa colluviei sordidae adsunt, adeoque quando diarrhoea. 1ma indicat est, ut expellatur colluvies sordium, non debent exhiberi purgantia valida, quia una vice non eliminantur, utique est dare eccoprotica, his iungi possunt digestiva, saponacea, salia, extracta, si ventriculus laxus est, unguenta laxans blande.
2da indicatio est, ut roboretur corpus, a spasmis debilitatum.

Vpravam sanguinis qualitatem, et dicebant salutares esse haec evacua-tiones; Res autem tota sese sic habet.

℞: Electuar: Cholag:
mann: Elect: aa ℥vi
Fel: Senn: m: ℥iß
Laud: liquid: Syden: gt: XVI.
Syrup: Rebar: Solut: q: s:
Capiat cochlea tres q̃tidie, donec purget.

Casus 2.

Puer ex Casu tumorem durum in podice acquisivit, forte Cum hic Vas ruptum impossibile ē, debebit absq. dubio aperiri, vellem maturare materiem appositis Cataplasmatib: incedere ḡ poē.

Casus 2

Puerpera quae ab hinc tribus hebdomadibus partu mortuo in lucem edidit, ante partum obnoxia erat haemorrhoidibus, et stricta alvo, item dolorib in latere dextro, Cui impositum ē Empl: et Cumino, inde levamen, faeces quae nunc excernit sunt vehementer foetidae, febris adē cum frigore incipiens, et desinens in sudores. quotidiani, et quidem hic dodie

Febres symptomaticae possunt eē intermittentes, ḡ semper possunt tractari Cortice peruviano: hic vires satis quam stare possent tolli, ḡ hic adē saburra cordis, quae tolli debet. urina cocta appellari potest, talis saepius observatur in febrib intermittentibus.

Febris lactea degenerata in quotidianam symptomaticam.

De Hæmorrhagiis in Genere.

Doctrina de principio activo, et de Hæmorrhagiis principii præbent quidem initium multorum morborum; prudentia enim summa requiritur in curatione, quia non sufficit suppressio; nam dispositio illa nihilominus in corpore relinquitur, quæ dispositio tolli debet.

Hæmorrhagiæ dividi possunt in
I Violentas, vel passivas, et in
II Spontaneas, vel activas

I Violentas voco, quæ vulnera sequuntur, et eas, quæ a causis externis violentis oriuntur.

II Spontaneas voco, quæ a naturâ ipsâ producuntur, et hæc determinatio producitur denique in solidis, quibus fit, ut sanguis ad hanc, vel illam partem majori copiâ fluat, vasa distendat, et a distentione rupturæ fiant.

Tantum nunc agam de veris hæmorrhagiis spontaneis, quæ a Sthalianis vocantur activæ; credunt Sthaliani, excitari has ab animâ præmeditato consilio ad expellendam nimiam copiam, vel pravam sanguinis qualitatem, et dicebant salutares esse has evacuationes; res autem ita sese non habet.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

Non semp. hæmorrhagia fit a plethorâ, Causæ
qtenq vasa inde distenduntur æquabiliter,
et debiliora rumpuntur. Sed ordinario
plethora sola æqualiter premens non suf„
„ficit, sed Causis Occasionalib. adjuvatur,
v. sola distendit vasa, tunc producit spas„
„mum, et fit congestio ad partes vicinas,
et ab his vasa dilatantur, et rumpuntur;
sic plethora quidem hæmorrhagias produ„
„cere potest, sed prius producit spasmum, et
singularem plethoram in peculiari
parte propter congestionem. Quod
res ita sese habeat, docent symptoma„
„ta spasmodica, quæ hæmorrhagiam
antecedunt, et comitantur; uti sunt
Constrictio Corporis, alvus sicca, frigus,
Urina tenuis, perspiratio imminuta,
abdomen flatibus scatens; dein acce„
„dit febricula. De istâ febriculâ
recentiores notant, quod habeat typum
tertianæ duplicis, egregie observant Cor„
„ticis Peruviani usum. Dein alia acce„
„dunt, quæ clare demonstrant, accu„
„mulari sanguinem in parte; hoc ergo
docent Observationes, et Circumstantiæ
singulares, sc. Infans 3 mensium corripitur
hæmorrhagia narium, aurium, Cessatura„
„q 3tio die paroxysmi, sudat totum
Caput, brachia, digiti sanguine tan„
„ta quantitate, ut guttæ manus
resperserent, 6to die ex Capite impetu
prosilit sanguis, 3bus elapsis diebus,
moritur ex amisso sanguine.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

Rogo immo, unde plethora in tantum tene,,
,,scens fit, et cur post hæmorrhagi,,
,,am statim quamprimum sublata plethora,,
,,râ, non cessant hæmorrhagiæ?

Dein alia est Observatio: Vir 43 Annor,
dolorem sentit in brachio cum rubore,
et in indice manus macula apparet a
digito impresso, aperta maculâ, profluit
sanguis per 24 horas, incidit in Animi
Deliquium, et sistitur hæmorrhagia,
dein post 12 Annos insultus talis fuit, si
compescebatur fluxus, magnus dolor oriebatur,
sisti non poterat compressio, tandem moritur
exsanguis. Clariss: J: Vander Wiel
Tom: 1. memorat Caz: sc. femina sub
fluxu menstruo ira accebatur, et mox fiebat
eruptio sanguinis ex papillis mam,,
,,mar.

A Subjecta talis hæmorrhagiis obnoxia sunt,

1mo Homines, qui ~~habent~~ talem disposi,,
,,tionem a nativitate jam habent,
hoc docent Casus Infantum, sunt inte,,
,,græ familiæ, ubi hæreditarii
sunt affecti.

2do Omnes illi, qui fatu contraxerunt
sibi plethoram ad vires.

3tio Corpora, quæ semel passa sunt hæ,,
,,morrhagiam violentam, contiatu,,
,,ra his assuescat.

4to Corpora, quæ viscerum Obstructiones
insignes habent.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

B Loca, in quibus fiunt hæmorrhagiæ,
Sunt. α Nares,
β Pulmones,
γ Ventriculus,
δ Renes,
ε Venæ hæmorrhoidales, in feminis
ζ Uterus,
η Cerebrum, in quo producitur apoplexia,
quia sanguis exire nequit.
θ Tandem locus corporis quicunque
magis, vel minus.

III Ratione locorum dividuntur Hæmorrhagiæ
in a. Securas, et
b. Insecuras.
a Securæ sunt, quæ fiunt
\+ ad Nares,
\++ ad Uterum, vel
+++ ad Venam hæmorrhoi-
-dalem.
b. Insecuræ sunt, quæ fiunt
× in pulmonibus,
\++ in renibus,
+++ in cerebro.

IV. Aliæ hæmorrhagiæ sunt
a Criticæ, aliæ
b Chronicæ, aliæ
c Symptomaticæ.
a Criticæ sunt, quæ in fine acutorum
morborum contingunt, fiunt hæ per
congestiones, uti docent Rubor Ge-
-narum, Scintillæ Oculi.
b His jungi possunt Chronicæ, quæ
circa periodice redeunt, hinc vo-
-cantur Statæ, vel certis temporibus redeunt, et tunc vocantur Vagæ.
Sed hæ in plerisque habent intervalla, et cum paroxysmis incidunt.

De Haemorrhagiis Spontaneis.

c His jungi possunt symptoma-tica, quae in febribus exan-themaetricis malignis oriuntur. In his accusatur vulgo acrimo-nia maligna, quae suâ ad-mixtione dissolvit sangui-nem. Sed hoc non credo; credo potius quod praeexistentes oscil-lationes, quae talem san-guinis dissolutionem producunt, et fiunt congestiones; hoc docetur usu corticis Peruviani in his casibus.

Prognosis.

1. Haemorrhagiae insecurae aegros ma-jori periculo exponunt, quam securae.

2do Haemorrhagiae frequentes in junioribus varia mala spasmodica protegiunt, et vitam brevem; sic plures casus hoc probant, E. G.

- Puella 2do aetatis anno haemorrhagi-am patitur ex utero, per 4 annos durat, tandem in Epilepsiam incidit, et moritur.

= Alia puella 9no aetatis anno patitur fluxum uterinum, postea apoplec-tica fiebat, et brevi tempore moritur.

3tio Haemorrhagiae ante ordinarium aetatis annum cessantes producunt

- ordinarios effectus, et
= alios circa illas partes,

ad quas ferri solebat sanguis.

4to Omnes haemorrhagiae refractariae, seu usque recrudescentes mali ominis sunt, et indicant obstructiones, et scirrhos viscerum.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

5to hæmorrhagiæ [redacted] licet minimæ, sibi Relictæ, donec sponte cessat impetus, non tam facile effectus hydropicos relinquunt, quam vi adstringentibus suppressæ fuerunt.

6to Hæmorrhagias, quasi Criticas, licet impetuosiores, Repente Cohibitas, facile anxietates, Spasmi excipiunt.

7mo Quo frequentiores, et impetuosiores, eo magis ad Recidivam disponunt.

8vo Tandem Cachexiam, hydropem, inducunt, licet Cessent hæmorrhagiæ.

Dragnetis

Signa instantis hæmorrhagiæ sunt sequentia; habitus externus extenuatus, frigus occupat partes, pallent homines, ut in febribus intermittentibus, ratio clara est, congeritur sanguis versus interiora, lente adjungunt Spasmi, faciuntque congestionem, urina, et fæces minus excernuntur, perspirant minus, urina supprimitur vel est pallida, alvus est semper adstricta, et turbata propter diarrhoeam, novi viros, qui, si hæmorrhoides insistunt, experiuntur alvi liquidiorem cum flatibus, venarum inflatio, et pulsatio arteriarum ubique observatur; si fit congestio pulmonum non observari potest, si ex naribus, potest observari, pulsant arteriæ in tempore, tument fauces, anxii sunt homines, suspiria sæpe edunt, somnus irrequietus, in locis variis molestiæ sunt ictus, si narium, adsunt scintillæ oculi, grave est caput, dolor capitis, siccæ sunt nares; si congeritur in pulmonibus, alia observantur, et respirro.

De Haemorrhagiis Spontaneis.

Haec signa plerumque obtinent, licet in dicta"
"citi fiat haemorrhagia, et in aliquo
gradu obtinent.
Constrictio vero adeo exigua est, ut observ"
"vetur saepe, novi hominem, qui olim
Colica Pictorum laborabat, qui hyeme
gravitatem sentiebat in abdomine
cum alvi adstrictione, aderat color flavus
oculorum, et faciei, rigor est spasmi, obser"
"vabat, quod cerumen auris deperiret,
nulla excretio, sub axillis, et digitis pedum
perspiratio procedebat.

Pergo ad Curationem, quae duplex est, sc.
I Sub Paroxysmo, et
II Extra Paroxysmum
I Sub Paroxysmo, si haemorrhagia est
nimia, sequentes valent indica"
"tiones; 1mo ut sanguinis derivatio
tollatur per frigida, stiptica,
et pulsus plenitudine;
2do ut congestio tollatur, et
restituatur sanguinis cir"
"culus
3tio ut fiat revulsio per V. S. nem
4to ut valores appetatur ma"
"neant, si necesse est; et
5to ut constringatur.
Si eruptio sanguinis fit ex loco securo,
et haemorrhagia non nimia sit, nil
agendum est, quam quies, et abstinentia
a calefacientibus, imprimis tem"
"pore critico, et liberatur corpus a
stimulo, pellitur aliter ad alia loca,
ubi plus mali efficere potest.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

Si nimia e Spes grenire V: S: sc. hæmorrhagia si obtineat cum calore, æstu, quando, paroxys-mus iste multum habet commune cum febrili, obtinetque species febriculæ, sanguis quan-do effluit cum æstu, ac si in tali esset, are-facta, obtinet talis status, qui gravent cum statu, in quo e corpus sub calore febris intermittentis, quando manent val-de constricta vasa, sanguis fertur ad interiora, pulsus minor, frigent externa, ut in primo stadio febris intermittentis, hic status e periculosus, in eo statu, quo calet corpus, læsus ideo, V: S: nes conducere possunt, quod re-vulsio locum habeat, certum e, licet non semper obtineamus finem, hoc testatur exemplum hominis, in quo effluit sanguis ex planta pedis, et non sisti potuerat, V: S: in brachio fuit facta, et determinatus e sanguis omnis versus novum vulnus, similes plures habentur casus: conati sunt quidam ex structura corporis explicare, quando revulsio fiat, sed hæc argumenta non suffi-ciunt ad omnia, quæ docent experimenta, supponunt hoc etiam, quod vasa sint, quod hæc communicent, quod unum sit amplius alio, sanguis hic determinatur per spasmos, possumus dicere, quod V: S: ne ... in loco remotiori determinet resistentia in his vasis, et sic determinetur in hæc vulnus, sed quando, si quis patiatur hæmorrhagiam ex vena ab-dominali, ibi videtis, quod melius sit, ape-rire venam pedis, quam brachii; sanguis abdominalis se fundit in cavam sub corde, si brachialem aperiam, minuo portionem, quæ fertur ad cor per superiorem.

De Hæmorrhagiis Spontaneis.

Conveniunt potus frigidi, ex Refrigerantibus
Acidulis Emulsiones, Seru Lactis, decoc=
=ta ex Scorzonerâ cum Spiritu Citri: Acida
ingentem vim habent refrigerandi;
narravi casum ubi vir usus fuit copiosè suc=
=co Citri, unde adeo refrigeratus fuit, ut
mediâ æstate assidere debuerit foco.
Nitrosa refrigerant, idem est, quomodo faci=
=ant.
Pulvis Anti-spasmodicus Stahlii tunc a
Germanis laudatur, qui sequenti modo
componitur: ℞: Tartar: Vitriol:
Nitri depur: aa ℥i
Cinnab: Nat: ℈ IV.
M.

Conveniunt ea, quæ leviter sopiunt, pa=
=paveracea, et anodyna, ut Opium parcâ do=
ralibus, et aquae minerales conveniunt;
potest etiam cortex Peruvianus adhiberi.

De Menstruis Mulier. Gravidar.

Subjungenda sunt, quae ut subtrahentia a-
gunt. Possumus allicere sanguinem
ad partes, quas irritamus, ut Natura versus
has faciat molimina; hoc faciunt
pessi, s. Medicamina vaginae immissa,
herbae, radices, gummata, cum spiritu,
v. melle, v. sapone excepta, vaginae immissa
sunt, si fiunt tempore, quo Natura
molimina facit. Idem eliditur fit vaporibus,
qui excitari possunt, quando cineres clavella-
ti immittuntur aquae calidae: clysmata
uterina possunt convenire.
Ex curatione facile elligitur, quid sit faciendum
si quaerantur de doloribus, et incommodis
sub fluxu, v. de irregulari fluxu, sunt,
quae praescripsi, sed moderate ~~etendes~~ ad-
hibenda.
Debet Medicus praecavere, ne vascula Ute-
rina nimis distendantur, ut irritatio
minuatur, et sordes primarum viarum auferantur.
Spasmi oriuntur facile, si causa in cor-
pore est, sed o possumus omnes praecavere
casus, ut animi Pathemata; sed restat
Medico, ut ordinarias auferat causas,
ut sordes primarum viarum &c.
1mo Sensibilitas auferri debet per aromatica
leniter adstringentia, gummata,
Martialia, v. c. cortices cinnamomi,
Winterani, Peruviani, per suffitus ex
Mastiche, Olibano, thure, per balnea
frigida; optandum est, ut haberemus sy-
~~...~~nas, in quibus possent adhiberi, in
quibus ō, item per potus minerales;

De Menstruis Mulierum Gravidarum.

Aufertur distentio per V: S: ulnae; 1ma Judicatio absolvi debet, antequam gesserit mulier, Si Gravis e, vix locum habent haec Omnia; Sed tempore Graviditatis si irruerent Spasmi, V: S: instituenda.

3tia Judicatio exigit Laxantia, Eccoprotica, quae metui non debent; fortia nocent, Sed Quae bis, vel ter aliquam aperiunt, singu-lis septimanis adhibita, multum valent. Post haec data stomachica et valde calida, bona sunt, ut Tra Vinosa ex Corticibus aurantiorum, Flavedine Corticis Citri, Radice Helenii, Cortice Winterano, quibus adjungi potest Myrrha.

Lochia Nimia.

Lochia accidunt omnibus Puerperis, legi-timé durant per 10, 15 dies; prioribus diebus solet sanguis sincerus effluere, circa tertium diem paululum minuitur, sed clare debet, manet tenuior, donec desinat. Fluxus oritur ex Vasis Uterinis, sanguine impletis, et in Cavo Uteri hiantibus, si erumpit uno impetu, magna Copia effluit, et diutius effluit.

1.º Causæ variæ esse possunt: Plethora in subjectis illis, quæ menstrua valde habuerunt, et si V: S: instituta fuerit, videntur vasa esse dilatata, ex Venis Uteri magna Copia effluit, Vasa secum violentiâ aquâ contrahunt. Causæ.

2.º Ab assumtis Calidis Spirituosis, Vinosis, Omnes Causæ sunt, quæ Spasmos producunt, arctando, et constringendo Vasa. Femina, quæ foetum edidit, sensile habet Corpus, affecta habet solida, stimulari facile possunt, nocent Obstetrices, dum credunt, feminam debere refocillari, et exhibent Vina, et Cerevisias, vel Veteres, vel Generosas.

3tia Causa esse potest Spasmus Hystericus, partus laboriosus, si pellentia multa data sunt, si erethismus in solida fuit inductus, non facile cessat Lochiorum fluxus, sed subsistit, cessantibus Causis, quas enumeravi, possunt Obstructiones producere, sæpe faciunt fluxum nimium; faciunt secundinæ fortites expressæ

De Lochiis Nimiis.

Animi perturbationes; hoc faciunt pressa ligaturae abdominis, Ratio datur; Post foetus Exclusum resistentia minuta est in abdomine, et fulciuntur musculi; inde iter sanguinis a superioribus majori copiâ potest effluere in Abdominalia Viscera, tunc fulciuntur per ligaturas partes in abdomine; inde factum, ut Obstetrices abdomen circumdent fasciis in nixu, credunt, ita impediri adscensum Matricis; inde astantum fasciam ponunt circa Umbilicum. hoc Clar: De Gorter refutavit.

Prognosis.

Si nimia sunt Lochia, tunc disponunt ad Chronicos, et possunt mortem inducere per convulsiones; praeterea post talem fluxum morbi accidentales, et alii periculosiores redduntur.

Curatio.

Curatio postulat ~~refrigerantia~~

1mo Refrigerantia, seu actu frigida, Acida, Nitrosa, papaveracea, in iis, in quibus aestus obtinet, in Plethoricis, quibus Calida, et Spirituosa exhibita fuere. ~~Antispasmodica~~

2do Antispasmodica juncta Antihystericis, et valde Calida conveniunt, ubi passio Hysterica adest, Secundinae relictae sunt, et Animi Pathemata, Anodyna conveniunt.

3tio Post partum Laboriosum, ubi secundinae vi distractae sunt, et relictae sunt, conveniunt Lenia laxantia. Hofman monuit, quod Purgantibus cum damno alvus maneat Obstricta.

De Lochiis Nimiis.

Perversa Opinio haeret Mulierculis, credentibus alvum non debere aperiri ante nonum diem; nil magis alit Spasmos, huic opponitur, ut brevi post partum Clys-mate, vel laxantibus ex Manna aperiatur alvus.

4to Si Secundinae relictae fuerint, Gummata conveniunt, ut Aloës.

5to Si aestus adest cum febre, ligatura manuum convenit, et V. S. Abdomini imponi possunt fotus ex vino, cum herbis uterinis, qui et sedant Spas-mos, et sanant causas.

6to Adstringentia caute adhibenda, rarius locum habent, nisi sit durans fluxus, et si cum impetu fiat.

De
Menstruis Suppressis.

Agam nunc in de menstruorum suppressio-
-ne.

Obstructio mensium potest fieri ex
1mo Defectu sanguinis, virium, ex
2do Naturae torpore, ex
3tio Spasmis perversis, eruptionem
prohibentibus
1. Producitur evacuatio Uterina per congestiones,
hae sponte nascuntur, licet causa materi-
-alis stimulans quando desinat, uno
licet sanguis deficiat, fluunt menstrua,
deficiente sanguine, deficit fluxus, unde
alia causa est.
2 Sed potest esse, ut fibrae perdiderint sensilitatem
-tem debitam, ut torporem contraxerint,
ut non afficiantur a stimulo, et non fiant
spasmi.
3 Tandem possunt nasci spasmi, sed possunt
generari alii spasmi perversi, quibus obex
ponitur sanguine expellendo.
Causae remotae sunt, quae praecedentes producere valent. Causae remotae.
1mo defectus sanguinis possunt producere
morbi sensim progressi.
2do Torpor naturae fit ex lentore san-
-guinis, quem solet consequi dolorificus
fluxus, per hunc ~~autem~~ videntur
canales distendi nimis, et torpescere
pendere, et inde minor sensilitas.
3tio Spasmos pravos nasci posse ex multis
causis nemo dubitat, frequentes
sunt.

De Menstruis Suppressis.

1mo Animi affectus tristes,

2do Frigus post pedibus denudandis, indusiis mutandis, capillis pectendis; si inde fiunt obstructiones, sat longe obstructa manent.

3tio Remixquatam uterinorum minimus, qui locum habet in puellis, quae primo menstrua patiuntur, irritantur, et sic regurgitat sanguis.

4to Consuetudo, quod aggestiones generentur ad alias partes; si quando solida aliquoties spasmos quosdam susceperint, consuetudinem contrahunt; si itaque ex causis materialibus, ex plethora inducti sunt spasmi incongrui, quibus pellitur sanguis ad alia loca, alio tempore virtute praecise producuntur, ut in homine, cui natus fuit impedimentum in crassis intestinis, omni mane natus est vomitus cum motibus perversis, tales motus producunt omnia, quae regularem perturbant motum; sic fiunt prava diaeta, vomitoria, etc. si medicamina addit, et aliquis vomitoria dat, turbant motum; idem facit perversa diaeta, inde a pane calido comesto, dum menstrua fluunt, mala tormina intestinorum, conatus vomendi, angusta respiratio, vertigo, haemorrhagia, hydrops nascuntur, quae quando nascantur ex hac obstructione, saepe dicitur, nec clarum est in praxi, unde omnia oriantur.

Curatio diversa est pro causis diversis. Curatio.

1mo Ubi vires deficiunt, nutritio debet restitui, auferendo causas impedientes, quae variae esse possunt,

De Menstruis Suppressis.

Tot victus pravi, evacuationes nimiae,
Curatio diversa esse debet, hinc patet, ma-
le facere eos, qui per V: S: nem, et Emme-
nagoga aegras vexant, licet enim ex hac
Causa sit, vel ex alia Causa; poe tudm
in posteriorem Effectus produci defectus virium
tunc vires restitui debent, et statim ad
Emmenagoga confugienda, sed si adsit ple-
thora, illa imminuenda.
2do Cum torpor adest, conducunt illa, quae
lentorem Sanguinis attenuant, qui
lentor Causa fuit stagnationis, dein
ea, quae tonum restituunt, ut vasa re-
cuperent Elasticitatem; dein
quae torporem naturae excitant,
cum torpor, aut lentor adest, ut fibrae
stimulentur, licet Causa Physi-
ca non determinari licet, conveniunt
tonica, quae robur fibrarum restituere valent,
conveniunt Aromatica Acria, Amara,
quae faciunt, ut vasa fortius oscillent,
forma substantiae, olei, pilularum dari
possunt; salia alcalia fixa, et media,
minime fixa, quae mirum in modum atte-
nuant, item plantae alcalescentes,
Semina earum, ut semina Cochleariae,
Sinapi ad ℥ß contusa, data quotidie prae-
bent Emmenagoga: Aquis mine-
ralibus inponi debent laxantia ex
Aloëticis, quum ob memorandam
rationem juvant, ad Coctionem promo-
vendam, convenit, ut sordes expellant, et
despellent vasa ~~lactaria~~ Mesaraï-
ca, et derivant sordes versus anum.

De Menstruis Suppressis.

3tio Si sordes primam viam obtinent, Vo-
-mitorium dandum, quod Uterina vasa a
Viscidâ materiæ congestione liberat;
Foris restituant et Roborantia, ut Mar-
-tialia; omnia dicta tonum ergo resti-
-tuunt, cum hæc exsiccant vasa,
quæ materia gelatinosa orbatur suâ
aquâ, et Oleo; Martialia Ani-
-mantem vim habent, danda
sunt hic, quæ parum adstringunt, ut
♂ in Substantia, ut Vitriol. Martis,
Ræ locum non inveniunt.

4to Si Lentor adest, juvat permittere ea, quæ
dixi, alias enim obstructiones perti-
-naciores reddunt, et faciunt, ut
materies impingatur fortius, jungi
debent Attenuantibus.
Roborantem vim excitantaque mi-
-nerales, quatenus spiritum animantem
continent: Tandem adhibenda ea,
quæ torporem excitant, quæ Ere-
-thismum inducunt solidis, et faci-
-unt, ut Natura congestiones
excitet; faciunt hoc Aromatica
Alcalina, ut Marrubium, Abrotanum,
Pulegium, Rosmarinus, Sabina, Ruta,
Galanga, etc.: magis Aloë, Crocus,
Myrrha, fructus Colocynthidos, ☿;
♂ o Sale roborat, et Calorem, æstum,
Orgasmum humoribus infert, et habet
id, ut congestiones possit movere,
unde ipsi volunt, ut Spasmi congene-
-rentur, adhibemus Martem, Helle-
-borus niger, qui majorem vim habet;

De Menstruis Suppressis.

Laudat hanc Radicem Mead, dicit, qd Cochleat minim[um] huj[us] Radicis ex aquâ tepidâ bis de die ass[umptum] ferme ꝯ fallat, qui menses moveat; Dedi semel cum effectu, sed adhibui tria, v quatuor parva Cochlearia de die, quæ Thee lepels vocant; Hæc medicamenta, q[uae] menses provocant, faciunt, ut congestiones nascantur, et licet ex stricta videantur singulari facultate, ꝯ movent congestiones indifferentes qualescunq[ue], sed præcipue eas, quibus Sanguis terminatur ad Uterum, ꝯ semper effectum s[uu]m habet, si Corpus habet dispositionem ad spasmos, quibus Sanguis propellitur ad alias partes tunc ꝯ fiunt, quæ volumus producere; videndum est, an Corpora talem dispositionem habeant, an proclivia sint ad alias hæmorrhagias, si tunc exasperantur affectus, si fœmina obnoxia est hæmoptysi, ꝯ prosunt, ꝯ nocerent; Idem verum est de alio affectu, si cum id metuimus, optimum est, ut Medicus conetur determinare ad Uterum, hoc fit per balnea, quæ balnea inferioribus partibus adhibent, ut alliciatur Sanguis ad alias partes, sic se opponunt spasmis provectis, et quibus congestiones fiunt, Conveniunt infusa Theiformia, si acris materies hæret in Corpore, præcipue si sub stimulo pulsus contractus, parvus, et externa frigent, laxantur per hæc, si sumantur in lecto, Vasa Capillaria; juvant thermæ, Sicq[ue] partem habet spasmo singulari obnoxiam, valent balnea ad tollendos et minuendam proclivitatem ad spasmos.

De Menstruis Suppressis.

Virgo fuit obnoxia haemoptysi, percipiens post paroxysmum dolorem sub hypochondrio sinistro; nullum erat dubium, quin a spasmo ve-nirent; varia frustra adhibui, tandem persuasi, sed non sub paroxysmi tempore, ut Balneum aquae tepidae ingrederetur ad mammas usque per horam; sic fuit sanata, et adhuc satis sana vivit; eadem ra-tio videtur esse hominis illius, qui calens ob frigus admissum contraxerat morbum, qui vocatur De kramp; hic per longum tempus li-ber fuit, postquam usus fuerit Thermis Emsensibus, quae correxerunt hanc dispositio-nem ad spasmos, juncta est ratio: Eccopro-tica parva dosi conveniunt, si quis habet dispositionem ad spasmos, minima causa potest illos provocare, nulla frequentior est, quam stimulus ex sordibus in primis viis, elimi-nare debemus, sed non per summa moventia; Eme-ticum in dictis plus facit, quam multae aliae purgationes; V. S. conveniunt, si menses in-stant, in eo casu, quod corpus est plethoricum, nostis, quod si sanguis pellatur in vascula, et haec remittuntur, ob ex sanguis sponatur excitato, quod spasmus tollatur levi revul-sione, quae fit per V. S.nem, inde sub ipsâ V. S.ne menses erumpunt.

De
Lochiis Suppressis.

Lochia oriuntur postquam sanguis ex venis uterinis effluit, quae illa supprimuntur

Causa proxima est constrictio spasmodica; Causa Proxima.

orificia, quae aperturae venarum sunt magna, si quis roget, quomodo aperturae claudi possint, et in quibus partibus spasmi obtineant, haec non bene explicantur: sed sese res ita habere absque omni dubio est: puerperae lochia ad pulmones, ad pulices, cancro, mammae fluxerint; non explicari potest, nisi per spasmos, subito constringit, ut nulla causa sit, nullum obstaculum in solidis quibus impediatur fluxus, mutatio solida est subita, per coagula aut ex aliis causis, patet hoc ex curatione: morbus hysteri, neque potest subito subsistere, quomodo antispasticis [illegible] dantur.

Causae spasmodicae valde leves esse possunt, solent esse causae contusiones, et aliae, unde dolores; potest esse uterus vulneratus, vagina, partesque vicinae, quae spasmos producunt maxime, [illegible] puerpera paene calido potest quam facile incidere in suppressionem; omnia calida nocent, quaeque spasmos producunt, spirituosa id agere valent, frigus imprudenter admissum, cum [illegible] lintea mutant, et linteamina frigida applicant, ut pauperibus contingit, febricula lactea 3tio die veniens, producit suppressionem, haec pendet a spasmis, resolutis spasmis febrilibus, redit sensim fluxus.

De Lochiis Suppressis.

Prognosis.

Prognosis est, quod haec suppressio infinita mala producere valet, sc. Anxietates praecordiorum, Cephalalgiam, Animi deliquia, flatus, tormina, obstructiones, imo graviores morbos, Pleuritidem, Peripneumoniam, Phrenitidem, Paralysin, maniam, varia spastica pathemata; irregularis fluxus menstrui variat pro partibus, et nulla certa est regula.

Curatio.

Curatio postulat omnia illa, quae in corpore erethismo magno praesto, spasmos solvere valent; Antispasmodica calida, Antihysterica; Clysmata aliquando reddunt apertam, et quandoque balnea prosunt, laxant. Laxantia leniter Emmenagogis mixta conveniunt, ut aloe, admisceri posse aliquid myrrhae, castorei, possunt haec pilulae adhiberi, ut alvus bis die bis laxetur. Si Febris adest, Antiphlogistica valent, abdomini applicandi sunt fotus, cui addatur ℞ Vini, et aliquid Camphorae, Theriacae; abdomini porro applicetur Emplastrum ex Gummatibus Antihystericis; Laudat vinum Anodynum Sydenham, et prudenter; non juvant, nisi quandoque sopiant spasmos, si tunc non juvant, abstinendum est. Febres inflammatoriae accedunt raro; ratio est, quia spasmus hystericus saepe feminas vexat, et valde debilitat. Si in corpore debili plethorico, cacochymico nascitur, credo, quod ibi non debeat institui V: S:; si proclive est in hos spasmos corpus, Cardiaca sint vocanda; ubi quandoque lenis aromaticus, a purgantibus, et fortioribus Emmenagogis abstinendum.

Fluor Albus.

Fluor albus est morbus, ubi humor spissus, albicans, puris instar ex genitalibus mulierum exstillat, modo parcissime, modo majori copia, modo continuo fluxu, praecedens menstrua, et sequens, imo gerit menstruorum vices; morbus hic functiones vitales, et naturales laedens erumpit in feminis debilioribus, et cachecticis, ut sequantur lipothymiae, et alii affectus hysterici; imo sub hystericis paroxysmis ingenti copiâ effluit, et magis aquosus est, limpidus, aquae instar, vidi, ex hoc fluore feminas in lipothymias incidisse, redit postea ad solitum statum.

In Urinâ haeret in fundo vitri albicans levis materies, quae, si vitrum movetur, se miscet cum Urinâ, puris formam referens: Feminae, quae laxioris, debilioris constitutionis sunt, huic obnoxiae sunt, vidi puellas infantes iis obnoxias incommodis. Diagnosis.

Quaeritur de Causâ Proximâ. Causa Proxima.

Exstillat humor spissus, albicans, mucosus, inde quis credere posset, stagnationem in vasis uterinis obtinere, sed si quis ea comparat cum iis, quae observantur, vix satisfacit, saepe copia liquidi albicantis, tenuioris effluit, comitantibus hystericis insultibus; familiaris est morbus sensilibus; hinc quis putare posset, huc facere systema nervorum, i. e., motus praeter naturales solidorum forte quid contribuere. Sub motibus spasmodicis secernitur major copia muci ex glandulis, forte vascula majorem copiam liquidi fundunt per motus perversos solidorum.

De Fluore Albo

Praeterea videmus, quod feminae huic obnoxiae sint, si impediatur secretio, solent subito alia mala sequi; testis fui, Medicum per Martialia curasse affectum in femina 30 annorum, sed sequebatur apoplexia; alium vidi Medicum, qui eum curaverat, sed sequebatur Phthisis. Interdum alternat cum muci excretione ex naribus; hoc videtur confirmare, quod eliminentur cum hac variae sordes, acres, quae nocere possunt; adeoque ut Natura hac Cloaca utatur loco Fonticuli; per has materies huc delatas augeri possunt secretiones, dum stimulent.

Martialia

Inquisitio Causarum Remotarum consideranda est. Corpus scilicet est Cacochymicum ex prava diaeta, et farinaceis acescentibus, vita sedentaria, evacuationes impeditas, Viscerum obstructiones; sed requiri quid aliud in Corpore, quod alliciat humores pravos ad hosce locos, ut ibi excernantur. Hoc possunt facere partus laboriosi, laesiones Uteri, frequentes abortus, Inferiorum refrigerationes, omnia, quae circulationem turbant per uterina vasa, aetas, qua desinunt menstrua, Adstringentia male data, Suppressiones aliae.

Prognosis. Fluor ~~albus~~ albus recens, ex levi causa ortus, non adeo multi momenti est, et debet brevi sanari; ubi ex Corporis debilitate, ex Cachexia, ex Obstructione mensium, disponit ad febres lentas, et Atrophiam, facile abortum patiuntur, mire Rebellis est; si porro hic fluxus sponte, vel per Medicamina sistitur, facile febris lenta, paralysis, apoplexia, Obstructiones viscerum, Arthritis produci solent.

Prognosis

De Fluore Albo.

Curatio postulat, quæ viscositatem tollunt, quæ viscida evacuant, v[el] Corrigunt, quæ vasa uterina roborant, et Causas tollunt. Curatio.

Laxantia huc referuntur, sæpe repetita, deinde adhiberi possunt lenia balsamica, quæ quæ ad ulcera omnis partium Uri"narium adhibentur, usus docuit, hæc opti"me se gerere; His adjungi possunt Mercurialia; Verbo huc fluxus fere Cu"ratur ut Virulenta Gonorrhoea; Con"veniunt sequentia.

℞: Radic: Jalap:
Sacchar: albiss: aa ℈i
Mercur: dulc: gr: vij
F: Pulvis.

Vel ℞: Elect: Cholag: ʒi
Æthiop: Miner:
Terebinth: Venet: aa ʒiij
Rhei Electi
Fol: Senn: M: aa ʒi
Balsam: Copayv: ℈i
Syrup: 5 Rad: aper: q: s.
F: Electuarium.

Capiat Omni die ad magnitudinem nucis Moschatæ.

Laudatur et sequens:
℞: Ol: Terebinth: ʒij
Cui in vitro aperto ad de
Ol: Vitriol: ʒß,
Cum bacillo agitentur, ut bene commisceantur, ad de
Sp. Vini Rectif: ʒiij.
F: Balsamum.
Capiat bis, v[el] ter de die guttas xxx.

De Fluore Albo.

Adjungi possunt Roborantia, ut Martialia,
et Cortex Peruvianus, quo sensu veni-
-unt aquæ minerales.
Deni externe adhibendi sunt suffitus ro-
-borandi ex Mastiche, Olibano,
Guajaco, quod convenit cum igne: possunt
fieri injectiones ex aquâ Calcis cum Mel-
-le, Myrrhâ; prœ aquæ Calcis incoqui
♃, vel prœ huic addi aliquid Sacchari sa-
-turni; non debet negligi alvi laxatio,
et dari debent, quæ ventriculo robur
restituunt; terrestria ut testæ ovorum
Lapides Cancrorum laudantur, sic balsami
ad ulcera valent. Novi mulierem, quæ
[per] menses ^qt liberata fuit fluore albo
lapid. Cancrorum quotidie ad ʒiij, sed postea
iterum rediit fluxus.

Casus 15

Epileptica Virgo praeteriti anni adhuc iisdem malis patitur, et multo vehementius; observat anomalis suos statutos periodos, pulsus concitatus; bis de die alvum reddit, adhuc sitit, appetitus est prostratus, dolor in hypochondrio sinistro, foetor in ore.

Utendo tamarindis scilo Cort: Peruv: et Camphoratis. Extracta fumariae, Cichor: Becabung: ad ℥iij, taraxac.

℞: Rad: Scorzon:
Gramin: āā ℥iij
Coq. cum aq: pur: ℔ i. S: Colat: ℥xxv
adde Mell: despumat: ℥v
pulp: tamar: ℥j
Sal: Polychrest: ℥iß
Oxymel: Squillit. ℥iv.
M.

℞: Sapon: Venet: ℥ß.
Ti: Pilul: gran: iv.

Capiat quatuor de die quater.

Casus 16.

Puella 8 annor: [illegible] ex terrore vehementia tormina in abdomine patitur cum febre et anxietatibus conjuncto, alvus a 12 dies jam constricta fuit.

[illegible]
quod hi vitia humorum consideraverint ut morbos, dixerunt, fluida constituere partes, fluida vita carere;

℞: Decoct: Scorzon: comp: ℥iij
pulp: tamar: ℥ij
Sal: polychrest: ℥ij
Syrup: Rosar: solut: ℥x.
M.

Omni hora
vasculi theam

Die Jovis 9 Octobris

Vespera heri 2di modo bis alvum reddidit naturaliter tussit adhuc, sputamentis educit, anxietas circa praecordia manet, appetitus omni integer viget, vespere adhuc febricitat, paroxysmus febrilis incipit cum frigore, accedunt demum sudores. Laxantem dabimus.

℞: Rad: Scorzon:
Graminis: aa ℥x
Fol: Senn: M: ℥ij
Decoctum aq: pur: 2: S: colat: ℥xxx adde
Mell: depur: ℥iij
pulp: tamar: ℥j
tartar: vitriol: ʒiiß
Oxymell: Squill: ℥IV.
M.

℞: Mel: despum: ℥j
Ol: Amygd: dulc:
Syrup: Althae: aa ℥x.
F: Linctus.

De Cacochymiâ.

Auctor dixit, vitia posse dividi in vitia
A. Structurae, et
B. Nexus;
C. Fluida posse peccare in
A. Quantitate, et
B. Qualitate, et
C. Loco.

De loco actum est, de stagnatione aget postea; de Qualitate egit ex parte in praecedentibus, quia egit de acido, alcali, et glutinoso spontaneis; sed haec vitia non sola sunt, superest Cachochymia, de quâ prolixius agam, quia illam difficile quid certi est, sufficeret, vobis demonstrasse fontes Cacochymiae, nam possunt infinitae dari species, et vix curari possunt empirice.

Per Cacochymiam intelligo degenerationem nostrorum humorum circulantium a statu naturali; sic distinguitur a Cacochylia, quae est prava dispositio contentorum in primis viis.

1. Dico, quod sit degeneratio humorum nostrorum circulantium; sic nego, quod spectari possint, et excogitari quivis ~~...~~ humores in corpore; bilis potest depravari, Lympha etc: sed haec quaestio nimis intricata est, ideo tractabo in genere.

Veteres Galenici speculantes, invenimus, quod hi vitia humorum considerarent ut morbos, dixerunt, fluida constituere partes, fluida vitam habere;

De Cacochymiâ.

Ergo ē posse obtinere morbos, ꝑterea flui,,
,,da ꝑ statũ depravata ꝑbere Causas, et
posse Cacochymiam ɋsiderari ut Causas;
Idem ē, ac siquis dicat, Cacochymia ē
morbꝰ, aut ꝑbet Causas; Idem hoc ē,
debet Curari Cacochymia; Siquis inspi,,
,,cit Veteres, videbit, qd statuerint 4
humores, sc.

1 Pituitam,
2 Bilem flavam,
3 ——— atram,
4 Sanguinem; in Copiâ, et Qua,,

,,litate hoꝝ fluidoꝝ mutatâ ponebant
naturam Cacochymiæ.
Sed hæc Theoria falsa ē; post Veteres va,,
,,riæ novæ sectæ ortæ fuerunt, ut has
Sylviꝰ, qui acrorꝝ accusavit, alii alia,
Sed omnia falsa; qui primꝰ ratiocina,,
,,liter scripsit de Cacochymiâ fuit
Clariss: Boerhaaviꝰ, quomodo iste intel,,
,,lexerit Cacochymiam, quomodo tractavit,
et disposuit, patet hoc ex ejꝰ Patholo,,
,,giâ, ubi sic ratiocinatꝰ:

1mo humores Corporis possunt ɋsiderari
ut liquida in genere, qd liquidꝝ
(Sangꝭ) habet consistudinem de,,
,,bitam, si consistudo augetur nasci
tur Cacochymiæ species, si minuitur,
oritur alia species.

2do possunt ɋsiderari ita, ut ɋpositi ex
particulis minoribꝰ, in qs particu,,
,,lis possunt qualitates depravari,
adeoqꝫ mutari possunt, et tot sunt
Cacochymiæ.

De Cacochymiâ.

Quaestio est, quaenam sint qualitates sanae, et requisitae humorum?
1. Ubi has noverit, dixit, talis qualitas possit mu,,
,,tari, alia hinc erit oppositas istas Qua,,
,,litates humorum sanorum indagavit; Microsco,,
,,pio, ut observavit has Leeuwenhoekius,
hinc ibi invenerat, humores nostros ha,,
,,bere Globulos, hos habere ~~determinat~~
determinatam molem, hos habere cer,,
,,tam duritiem, per se comprimi, et resis,,
,,tere vasa, et recedere, tales particulas
habere certam figuram, tales per se compri,,
,,mi, et redigi in minorem molem, et
se restituere, oriri ex facilitate Globulorum
minimorum cohaerere certâ vi, et iterum dis,,
,,solvi iterum in minores: In his Qua,,
,,litatibus si erratur, erit Cacochy,,
,,mia, habebit in mala mole, et immu,,
,,tatâ figurâ
2. Accedit, ubi figura mutabatur, dixit, ori,,
,,ri Acrimoniam, ut patet ex trac,,
,,tatu de Viribus medicamentorum; Omnem
Acrimoniam Mechanice considera,,
,,vit, et dixit, Acre habere spiculas
omne, ut hoc parvâ sufficere impin,,
,,gatur in solida nostra, et omne corpus,
quod talem figuram habet, esse
acre; si figura Globulosa mutatur,
acre nascitur, sed vidit, hoc argumentum
non sufficere ad omnem acrimoniam,
hinc absque omni dubio adjecit his pri,,
,,oribus Cacochymias illas, quae
oriuntur ab heterogeneis admixtis
humoribus;

115

De Cacochymiâ.

Hæc poruit esse acria, acria nota nobis sunt Salina, hinc propterea natæ sunt certæ species salis, ut ⊖ Marinus, Ammoniacus, tot ut Acrimonias suas posuit, alias se, quas Salinas, alias, quas Aromaticas vocavit.

An videtur, hinc Acrimonia Salina derivari a figura mutatâ?

Credo proprie, omnes istas Acrimonias 1mo pendere ab admixtis salibus, a figurâ mutatâ;

2do ab Oleosâ parte, quæ è rancida;

3tio a saponaceâ;

4to ex Acrimoniâ, ex precedentibus compositâ.

Noster Auctor pro principio inveniendo Cacochymiæ, fecit, ut investigaret qualitates naturæ humorum contraria, viderit addendo tamen pauca, quoad mala oriunda ab admixtis heterogeneis, in indagatione Qualitatum naturalium usus fuit Observationibus Microscopicis.

Posset quis cedere aliâ viâ; posset quis accedere ad eas res, quas Chemia nos docet, et sic habere novum principium.

Docet Chemia quod sanguis contineat 4

1 Oleum,
2 terram,
3 Salem, et
4 Aquam.

Si proportio horum quatuor è mutata, erit Cacochymia; si Oleum abundet, erit talis, si ⊖ talis, si terra talis;

De Cacochymiâ.

Licet quis nesciret, quid posset oriri ex mis-||tione depravatâ.
In eâ explicandâ Cacochymiâ dubia multa mihi sunt.
1mo Hypothetice assumunt, introducunt istae qualitates, absq quaestione an unquam possint oriri, excogitant causas, quibus possent introduci, sed his nimis tribuunt, si quis videt effectus, nemo potest unquam ex effectibus, vel symptomatibus, talem depravationem esse, concludere; et nego, ex vitiis illis adductis quaedam posse explicari.
2do Aliud quidem, rarae sunt Cacochymiae, quae tales producunt effectus, qui sunt mechanice explicandi, qui tales ef-||fectus producunt, qui ex figurâ, mag-||nitudine Globulorum, et vasorum possunt||sunt intelligi, et nulla est Cacochymia, quae tales effectus ex motu vasorum producant, supponit principium debile, si ipsi effectus non sunt tales, ut pendeant a principio agendi, et alios possunt producere effectus quam qui intelligi debent ex principio Mechanico, videtur||idendum esse aliquid Naturae, et par-||vi usus sunt in Medicinâ.
Conetur quis explicare ex sympto-||matibus in Arthritide, qualis sit Cacochymia in hoc morbo, ex-||plicabit hypothetice,

De ~~Cacochymia~~ Cacochymiâ.

Sed si vult demonstrare, nil efficiet, et
Empirice curabit.
Desumit Auctor omnes Cacochymias ex eo
principio, quod opponunt qualitates quitas
ingenitis, considerat, qd paucissimae sint
notae, infinitae nos lateant: Quid novimus
de sanguine, nisi qd ex globulis constet, et hoc
adhuc dubium est, novimus globulos esse rotun-
dos, novimus qd sang. sit alcali, et constat
ex sale, oleo; gaudet sang. aliis qualita-
tibus; itaque possunt oriri Cacochymiae,
quot sunt qualitates sanae, si sanitas
laesa sit opposita ipsi, infinitae Cacochy-
miae sunt, quae ex hoc principio non possunt
intelligi.
Si res ita sese habeat, quaeritur quaenam
via possit incedi:
Possumus ab effectu concludere, a quibus cau-
sis ad ingenitos effectus; laboret quis Ca-
cochymiâ, ubi possum ex effectibus concludere,
et determinare, quomodo nascatur, possum
[illegible] gerere [illegible], sed effectus sunt nimis
complicati, et conveniunt, ob cacochymia
afficiat solida, quae sunt vitia [illegible]
motus, se complicent cum vitiis, quae me-
chanicae producunt, oritur complicatio,
ex qua vix possumus exire; ergo difficile
est, ab effectibus concludere.
Restat, ut a priori concludamus de cau-
sis; debemus a priori [illegible]
inquirere: Omnes, credo, credunt,
qd humores nostri sequantur statum so-
lidorum, h. e. qd humores praeparentur ex chylo,

De Cacochymiâ.

Delato ad Sanguinem, qui Chylus potest separari in bonum sanguinem, si solida bene se habeant, praeparatus pervenit Sanguis ex Chylo bono: Cum actio in Solidis privata, solidinis, humores Candidos praeparari posse in Sanguinem bonum per mechanismum Corporis; patet clare, quod, licet humores ex Chylo bono praeparentur, sequantur actiones Solidorum, et boni sunt, si actiones bene se habeant, mali, si malae sunt; quod nihilominus ipsa elementa debeant esse capaciora illi mutationi, h. e. quod debeant esse mutabilia; sc. ubi corpus aliquid mutatur ab alio, et debet superare vires corporis mutantis, tunc est procedit effectus bonus; si corpus mutandum bene est, et mutans est, effectus malus est, si quae in Corpore, ut per mechanismum Corporis ex alimentis boni humores praeparandi sunt, oportet, ut Alimenta sint mutabilia, ut qualitate suâ mutationi non resistant, ut copiâ non resistant, utque porro in primis viis ita mutentur, ut bonus acquiratur Chylus: si in 3bus his aliquid deficit, producitur Cacochymia.

s. habemus primum fontem; Quare, si alimenta non bene digesta sint in primis viis, non boni fiant humores.

Ponamus vitium in Alimentis, non posse bonum sanguinem fieri ex Chylo, mechanismo delato, fit in Sanguine vitium. Quaeritur, quomodo mechanismus vitietur? si consideratis actionem, modumque quo agat Corpus, videtis, quod vasa Alimenta adducant, moveant, Calorem producant,

De Cacochymiâ.

Sed hæc omnia non sufficiunt, si quid in his deficerat, peccat Mechanismus.

~~Dantur~~

Porro considerantur vasis, per quæ humo,,res decurrunt, sed ut Canales spec,,tari possunt, sed non ut simplices Canales considerare, sufficit, sed con,,siderandum est, illa structuram habere singularem, ramos oriri ex truncis, amplitudinem ramulorum esse ad trun,,cos, habere certam diminutionem ramulorum, certam habere firmita,,tem, Elasticitatem, determina,,tam figuram, flexuram, convergen,,tias, Anastomoses et sic, (hæc omnia videmus facere ad humores separandos, ô sine dubio) patet, quod si in hac structurâ quoad ostia angulorum, flexurarum, magnitudinis, complica,,tionis, ad diametros si quid mute,,tur, alia vitia debere nasci in humoribus.

Quæritur an hic sit fons alter?

An quomodo possit, possint mutari ostia angulorum, flexuras, compli,,cationes, anastomoses?

Credo, tale quid cito fieri nequit, adeoque nil supponendum, quin ut solvatur cohæsio, dissolvatur nexus, quem habent particulæ vasorum, h.e. orificium ulcus et vulnus, ut humo,,res per hæc effluant, tale produ,,cit stagnationem.

2. Ergo Stagnatio erit 2dus fons, unde Cacochymia.

De Cacochymiâ.

Audivistis, qd, ubi q̄tri descriverim actiones Soli,,
,,dorum in fluida, hæc fierent movendo, Calorem
producendo; nostis, qd hæc ambo fiant, dum vasa
se contrahunt supra humores certâ vi.
En itaq 3tium fontem, unde oritur Cacochymia.
3. Sc. illa vis, quâ se contrahunt vasa, potest esse
nimis magna, vel nimis parva.
Itaq 3tius fons erit; Vis nimis magna, vel parva.

Superest aliquid, de quo quis posset dubitare,
an dein simplex imaginaria sit Causa.
Quaeritur an praeter actionem vasorum dictam,
quâ propelluntur humores, qui alterent
Solida, et Calorem producunt, vel praeter eam
Systolen, et diastolen; et an praeter struc,,
,,turam illam, quoad magnitudinem,
flexuram, aut habeatur quid aliud,
quo mutantur humores?
In vasis minoribus obtinet alia species
Oscillationis, aliquo modo comparanda cum
motu vermiculari intestinorum ob
similitudinem, ut diversa sit systo,,
,,le, et diastole.
Quaeritur qualis sit ille motus?
Vix [illegible] sensibiliter propelluntur hu,,
,,mores, in ventriculo, et intesti,,
,,nis est motus vermiformis, talis fit
Oscillationi vasis, tribuit humi,,
,,tas dotes partibus solidis, deficien,,
,,te motu, vel aberrante rhythmo, va,,
,,riae producuntur Cacochymiae.
Adeoq est quaestio, an revera datur talis
Oscillatio in vasis, de quâ suspicio, dari
revera? Inquiramus, an sic se habeat.
Sic est motus, qui constituit pravam oscil,,
,,lationem vasorum.

De Cacochymiâ.

4to Fons. Possunt sanis humoribus & Corporis bene constituti admisceri quaedam aliena, heterogenea, quae possunt immutari a solidis in humores animales.
Conciliari nequeunt, quibus heterogenea possunt ingeri in humoribus sub formâ miasmatis venenati, cujusmodi in Epidemicis, et Contagiosis; ipsa tale heterogeneum ingeri sub formâ alimenti, ut pote aromata, salina, si nimis assumantur, Cacochymiam efficere possunt, illa prava miscentur cum humoribus; deinde excernuntur, si v. g. materies perspirabilis Sanctoriana impediatur, vel si urinae secretio impedit, adeoque miscetur humoribus; bilis excernitur, sed resorbetur; vel ubi humores stagnant, putrescunt statim in ulceribus viscerum; tali modo novimus produci Cacochymiam, quae diversas habet communicationes.
5to. Sub hoc fonte, ut pote ad praeparationem humorum nostrorum conferunt viscera; in genere potest dici, quod alimenta alterata mittentur in animales humores, sed considerandum est, quod habemus viscera, quae usui publico inserviunt, ut hepar, pulmo; certae sunt conditiones, quae conferunt ad bonam praeparationem humorum: si talis functio visceris laesa est, inde damnum patiuntur humores.
Dixi, quod Clariss: Boerhaavius egerit de Cacochymiâ in Pathologiâ; jam dicam, quomodo ratiocinatus fuerit ad determinandam diversitatem Cacochymiae,

De Cacochymia.

Dabo vobis alii locum, quoniam fuerit, ipse quod praefatis habeant omnes, in tractatu de Cacochymia, ibi dicit, Cachexia nomen illi giti.

Consideremusque Cacochymiam, quae oritur ipsa a singulis fontibus.

1mo fons. Pro diversitate alimentorum male digestorum diversa vitia inde nasci possunt in humoribus.

Qualitates alimentorum quae humores habent mutationem, vix numerabiles sunt, possunt tamen reduci ad 3 species, sc.

1mo ut quaedam habeant qualitatem nimis alcalescentem;
2do alia nimis acescentem;
3tio alia nimis spissa in glutinosa.

Ad haec 3 classes possunt omnes deduci, possunt esse singulares, denique sunt.

Uti singula medicamina aliquid singulare habent, sic et in alimentis; v. g. si consideras gentianam, marrubii, absinthii, sunt tres plantae amarae, utimur promiscue, sed amaritiesque singularum est diversa, odor diversus; sed ea, quae pendent ab his diversitatibus, incommoda sunt, si scire[mus], selectum faceremus, non promiscue uteremur; sic si in alimentis consideramus fabas, non fermentatas, et alia vegetabilia acescentia.

Sed praeter hoc particulare possunt aliquid aliud habere; v. g. caro bovilla, fumo indurata, non facile digeritur, sic et suilla nocet quodam alio modo,

De Cacochymiâ.

Non facile coquitur, nec mutatur facile in bonum alimentum; sed quomodo fiat, nescio, ergo hic debeo sistere.

Oriuntur ex hoc fonte aciditas, alcali, gluti-nositas, haec inde pendent.

Monendum est, quod ubi talia vitia in humoribus ad-sunt, obstructiones post memorandas varie varie mutari possunt, si humoribus inductum fuerit acidum, acidum illud quidem posset compre-hendi sub nomine acidi, sed quod aciditas illa ad hunc mutetur, et modificetur, quae modificatio forte magis gregit, forte ma-gis depravat.

2do Fons probet stagnationem, haec orta est ex solutione continuâ, tunc dissolvitur co-haesio partium; stagnatio quid indicat, audivistis, licet effectus possunt diver-simode sese habere, esse tamen, et convenire in eo, quod putredinis quid habeant, patet, quod Cacochymia ex alio fonte posset vocari putredinis

3tio Fons suppeditat systolicum, et arteri-cum motum depravatum, auctum, vel imminutum. Quaenam vitia inde oriantur, patent ante, quando actio vasorum est intensior, oritur alcali, si parva est, cruditas re-linquitur in humoribus, retinentur qualitates alimentorum, quae variae esse possunt, et possunt redire ad al-cali, et glutinosum: si consideratis, vasa nimis parvâ vi agere in hu-mores profectos, stagnant humores, et ex stagnatione fit lentor, uti id vitium obtinet in senibus, ubi actio vasorum nimis parva est, quod vitium lentoris obtinere potest, si vasa sunt nimis rigida, ut in senibus;

De Cacochymiâ.

Adeoque effectus sunt glutinosi, et alcales-
-centes.
4to Fontem praebet prava Oscillatio vasorum
minimorum, quam adeo revera, in Am-
-bitu ego determinabo.
Quaestio est, an sicuti vasis majoribus om-
-nibus, ubi obtinet Systole, et diastole,
humoribus conciliantur omnes quali-
-tates, et densitas, alcalescentia,
tenacitas, &c.; ipsae Qualitates Om-
-nes, quae humoribus Animalibus Om-
-nibus, sed non aliis conciliantur; an et in
Vasculis humoribus aliae quaedam
Causae obtineant, quae propter fabri-
-cam, propter divaricationem, Anas-
-tomoses etc. conferant aliquid ad Certas
qualitates, an obtinet adhuc aliquis
motus, diversus a Systole, et diastole?
Dico, probabile hoc esse, quem motum si
quis peristaltico, et similibus comparare
velit, per me licet. ~~quod~~
Quod ad veritatem hujus motus creden-
-dam facit, est, quod videatur possibi-
-lis esse in minimis vasis; si vul-
-nus oritur in minimis, effluit
Sanguis, ut si arteria aperitur, unde
patet, quod motus isti, quibus propellitur
Sanguis, vix in his obtineant, et
quod hi motus obstent Oscillationibus
istis singularibus; quod praeterea in
Vasis majoribus possit hujus motus obti-
-neri et Synchronicus motui Cordis,
Observavit Medicus quis, quod pulsus unius manus
quando fuit intermittens, tum aequalis
fuit in arteriis ~~aliis~~ manus alterius,
et vice versa aequalis in altera,
in qua manu fuit inaequalis.

De Cacochymiâ.

Si tales varietates possunt obtinere
quoad mot. diastalicum, et systalicum;
concludo, q. posse desumi mot. illi
par. peristalticum: Videmus qtidie
exempla, ex quib. gstat mot. singu-
-lares existere in singulari parte;
ubi infans plorat, certu. e, qd vascu-
-la secernentia aliomodo agant,
ac ante animi affect., et qualiter ac
reliquae actiones; puls. comitat.
tu major e secretio lachrymar.;
An haec pendet a fortiori mot.
systalico manentib. tu his syn-
-chronicis reliquis gtractionib.;
Credo, q. pendent lachrymar. ef-
-fusiones a majori appulsu sang-
-uinis ad glandulas Lachrymales,
si tunc deberet semp. obtinere
secretio major ad omne Pathema;
requirit. actio alia, forte vermi-
-cularis mot. ex his major e; si
hoc possibile e in morboso sta-
-tu, an e gcludend. e, secund.
naturam ee, humores in certâ
Qualitate passos ee: sunt alia,
quae veritatem suadent, nempe
gsiderandae sunt secretiones variae
in vasis, viscerib.; ut nunc cert.
liquor secernat., requirit. deter-
-minat. liquor, id e, qui possi-
-det certas qualitates, in tali
liquore o. videt. gtineri liquid.
illud, quale obtinet. post
secretionem factam;

De Cacochymiâ.

E. C. In hepate secretio bilis, venit
sanguis ex vena portarum.
Quaeritur, an in sanguine venae portarum
bilis reperiatur? R. Multa sunt, quae
contrarium suadent, sc. videtis, quod homi-
nes laborantes obstructionibus he-
patis, fiunt cachectici, & icterici veri;
sed cacochymia pendet a retentis par-
ticulis humorum, qui humores passi
sunt actiones corporis animalis, et
alcali unum acquisiverunt, inser-
vire nunc poterant secretioni bilis,
hinc gradus cacochymia nascitur quoad
materiem excrementitiam, &
quoad bilem.
Cum bilis in vesiculâ felleâ conti-
netur, impeditur, ne possit ire in duo-
denum, sed cogitur ire in sanguinem,
ut sunt calculi, spasmi, convulsiones
ductuum; ut hoc videatur, clarissime
demonstrat Medicus in Angliâ,
si sanguis reperitur certâ quantitate,
qui mutationem subire debet in
hepate, generatur bilis, facit struc-
tura vasorum, divaricatio vasculorum
multum ad hanc rem; per hic
concipi lentor, et calculi quoddam,
possunt variae excretiones fie-
ri per vascula; naturaliter haec
liquida ii se miscentur.
Hoc fieri posset, sed an hoc fac-
tum fuerat, dubito, credo, ad gene-
rationem bilis ex sanguine venae
portarum requiri hepar vivum, ut vasa
sint in vivo, & possunt etiam in mortuo secernere.

De Cacochymia.

Quid faceret vita, nisi per oscillationem, si modo systole, et diastole fiant, propellunt liquida.
Si quis assumat hepar, applicat venae portarum tubum, et huic infundat sanguinem ad talem altitudinem, ut premat, ac prematur sanguis in sano vivo; si quis tale constituat experimentum, credo, quod trajiceret quidem sanguinem per totum hepar, sed dubito, an secerneretur bilis; simul praeter motum diastolicum requiritur, ut fiat bilis, quod magis affirmatur in sanguine, qui affectus adhuc aliquod, continet materiem talem, qualis apparet post secretionem, quae ibi requiritur ad talem humorem.
Videmus constare ex his; Novimus, quod eunuchis barba non crescat, mascula vox non fiat, haec videntur pendere a semine, si semen est in sanguine ante secretionem, tunc degeneratur citius barba.
Contrarium observatur, quod dixi de causis accidentibus in hepate, videtur verum esse in testiculis.
Omnia, quae annumerantur ab auctore non sufficiunt, copiam eorum videtis apud Hallerum in annotationibus ad Boerhaavium, ut angustiae vasorum, varietates angulorum; haec omnia conferunt quidem, sed non sufficiunt, requiritur, ut pars vivat, et quid vita alias facit.

De Cacochymiâ.

Fateor, posse quid facere.
Ancipere possumus, quod exigui tales mutationes, adeo
perversi a systole condita tam magnas diversi-
-tates possint producere in qualitatibus; hoc
tu videtis, et videtis constare; deinde impos-
-sibilem esse, videmus in egregiis Exemplis, ut
in Mercurio Vivo, si sublimetur, et ad moven-
-dum agitur, iste mutatur in pulverem, huic
pulveri nil ademtum est, nil additum, et id con-
-stat, quod si agitetur paululum augeatur ignis, pul-
-veris sublimatus transit in Receptaculum, et
est, mutari posse Mercurium in pulverem
monstravit Clar: Boerhaave, qui affixit
Mercurium in lagenâ alis molarum, et mutatus
fuit, Qualitates Corporum possunt mutari,
licet modus parvus sit; ubi vero Mercurium
cum Sulphure obtineo pulverem nigra-
-nis, qui Aethiops vocatur Mineralis; Aethio-
-pem illum si facio sublimare super ignem,
obtineo Cinnabarim; ibi levis modus est, et
ingens mutatio.

Si tale quid assumimus, multa videmus
posse intelligi, quae eveniunt in Animalibus,
aliter vix Explicanda.
Videtis, Viperam iisdem Vesci cibis, ac alia
Animalia, liquores generare ac liquoribus
Animalium sui Generis, hoc autem animal
in una parte ex quâ separat ex blan-
-dis liquidis liquorem Veneratum, in glan-
-dulâ posita ad dentes in cisoris;
quomodo hoc Venenum ibi Generatur, quomodo sub
secretione Generatur, quomodo sub secretio-
-ne generatur talis Secretio?

De Cacochymiâ.

aliud vitium imprimitur humoribus; obstruc-
tione, sanguis non potest libere circulare,
regurgitat, hinc spasmi, et turbæ
producuntur in abdomine, novæ causæ
cacochymiæ; hi spasmi si propagantur per
systema vasorum, ita ut depravent oscil-
lationes minutissimorum vasculorum, videtis,
quod ubi viscus læsum est, brevi turbetur corpus,
et generetur flat multarum causarum. Hæc ex-
plicare impossibile est.

Ultimus fons erat admixtio heterogeneorum
humoribus, per deglutitionem.
Ad hanc classem possunt referri mias-
mata morbosa, morbi epidemici,
contagiosi; hi referuntur ex vitio humorum
per cacochymiam; oriuntur tamen ex vitiis
humorum ideo ut omnis morbus ex caco-
chymiâ sit chronicus, potest et esse acutus.
An autem hæc materies immediate
afficiat humores, dubito, saltem, an
hoc semper faciat, et non sunt, quæ
depravant fluida, oscillationibus pra-
vis immediis; dixi de variolis, peste
et aliis, idem verum esse potest de aliis hu-
moribus depravatis. Possunt esse
causæ, ut materies depravet solida,
et fluida: Ad hanc classem referentur
excretiones turbatæ, et retentiones
excrementorum; si bilis retineatur, orietur
cacochymia icterica; si urina, orietur
cacochymia lixiviosa; hæc sunt spe-
cies, quæ eliminari debent.

3tio Restat perspiratio Sanctoriana,
hæc sæpe retinetur ex levi causâ, nunquam sine noxâ.

De Cacochymiâ.

Qualem acidolum habeat, vix dicere valemus; tenuis, acris materies, alcalinæ naturæ proxima, sed habet acrimonias, quæ nocet, dolores. De hac materiâ retentâ, legimus et Cl. Dessau dissertation sur la goutte, ubi ostendit, podagram oriri a materiâ perspirabili retentâ; vix illi habent perspirationem, et ab omnibus his Causis se pessime habent. Multa in phlegmata tribuit huic Clar. De Gorter in Compendio Medico, ubi de acrimoniâ frigidâ agit. Huc referri potest materies putrida, quæ vulgo obtinet in cavo pectoris, ventris, externis corporis partibus, si resorbeatur materies; materies e lixivio das sunt tum materies purulenta, quæ singularem habent acidolem, ut Cancrosa, quæ acris est, et peculiare quid habet, ut reliquæ partes scirrhosæ reddantur; vidimus in 2obus Casibus, in quo scirrhus durus, diu servatus a putrefactione, fuit putrefactus; Columba (?) diu progressu ulteriori, ex resorbtione materiæ natæ sunt obstructiones glandularum circa Oesophagum, unde multi fuere ex deperditâ deglutitione, et ex Cancrosâ materie; hoc metuendum est in ulceribus benignis, et aliter in Phthisi quique jurent semper.

Pergamus ad effectus Cacochymiarum; Novistis, quales fuere Cacochymiæ. 1mo Ex primâ Causâ, sc. ex alimentis vitiatis, non bene digestis, effectus qui de oriundos explicat Clar. Boerhaave in Capitibus de acido, et alcalino spontaneo:

De Cacochymiâ.

Si quis me rogat, quinam sunt alii effectus, qui producuntur ab aliis vitiis, debeo dicere, quod quosdam, cognoscimus, idolem Cacochymiarum, exceptis supra positis, displicandum, licet quosdam.

2do Audivistis, quod oriantur a stagnatione; et quidem fiunt putredines, quae possunt producere febres lentas, malam mutationem, et resolutionem humorum, hydropem, unde tandem Mors, ut observatur in ulceribus, ubi magna materies purisê.

3tio Finimus parvas actiones, vel magnas, egit de his Clar: Boerhaavius; Cacochymiae sunt acidae, alcalinae, spontaneae, oleosae, quae faciunt effectus, vel ipsas Cacochymias, testibus et signis fons fere conveniunt.

4to Ex oscillationibus depravatis, nervis, nos ignorare idolem istam; facile patet, quod haec dicenda habeam de effectu.

Quid autem fecit idolem Cacochymicam ignoramus; interim certa quaedam ortum observantur fieri a certa materia ignota; ubi effectus observantur, cito nomen impositum, et hic effectus certo nomine insignitur, v.c. effectus qui a Cacochymiis oriundi, sunt pustulae parvae purulentae, pus exprimentes circa juncturas, tales effectus fuere vocati Scabies; idjam, quod fit, appello Scabiem: Datur alicubi certis anni temporibus oritur dolor, tumor, circa pedes, vel articulos, ortus a quacunque materia, vocatur materies Podagrica. Sic de Erysipelate, Arthritide, et Rheumatismo idem valet. Sic et Variolae nascuntur; et videmus illigere quod materies, quam nominamus, imposito nomine aliquo.

De Cacochymiâ.

1mo Si consideratis in genere effectus in corpore productos, patet, quod ad eos possimus referre effectus tales, qui vel Mechanici appellari possunt, vel Physici.

A Mechanici dicuntur illi, qui ex principiis Mechanicis ex figurâ, magnitudine nascuntur, possunt intelligi ut effectus, ut salia agunt pungendo.

B Effectus Physici sunt, quorum licet rationem inveniamus in Mechanicis, nobis inde explicabiles sunt, sed per experimenta detegi debent.

Sic se habent effectus Cacochymiae plerique, sic se habent venena, acrimoniae diversae; licet hae omnes possint agere vi mechanicâ, tamen plerumque effectus inexplicabiles reddunt, quod effectibus differunt sales a salibus, acrimoniae ab acrimoniis.

2do Possunt dividi effectus Cacochymiae aliâ ratione, quod vel

A. sint effectus in ipsis fluidis producti, vel

B. sint producti in solidis, dum Cacochymia agit vel

A in fluida, vel

B in solida.

α In fluida ubi agunt, pauci noscuntur a nobis, nec facile eruuntur, et ratio clara est, Cacochymiae liquidae sunt, ex hoc ipso fonte impossibile est providere, et dicere, quomodo agant in fluida, dein in fluidorum partes, quae patiuntur, quando sunt, ita ut possit dici, tales mutationes producuntur, ubi productae sunt mutationes, quod difficile noscuntur; si vitia producta fuere, et se exserunt in fluida, in putredine, dissolutione nimiâ, vix noscuntur. Pauci sunt ergo Cacochymiae effectus in fluida, nobis noti, sunt earum, quae ex aliis oriuntur fontibus, ex resorbtione etc.;

De Cacochymiâ.

Possunt quandoque illi qui effectus Caco-
chymiae, qui ex bile oriuntur, dum re-
solvit nimis fluida in activam na-
turam.
B. agunt in solida, ea afficiunt, quatenus
sunt irritabilia, et quatenus nimiam soli-
ditatem augmentant, aut ita quatenus solida
obstruunt vasa; hi effectus nunc
exserunt se quandoque formâ dolorum,
ut in arthritide, Podagrâ, in coli-
co dolore, in doloribus vagis tam ex-
ternis, quam internis partium; dolores
qui pendent a spasmis, nam Cacochy-
mia quae spasmos producit, etiam illos
producit dolores; ipsi spasmi non
adeo in sensus incurrunt, sed in
aliis partibus se manifestant, ut
si acris materies e.g. materies
ex fonticulis sanatis retenta in
corpore ubi est, et fertur ad ventriculum
producere solet vomitus, si ad intestina
producit dolores colicos, diarrhoeas, al-
vi obstructiones; ad cerebrum epilep-
sias, convulsiones; ubi haec mate-
ries ad loca secretoria, et excre-
toria venit, rursus sub aliâ formâ
se manifestat, si v. gr. talis
materies ex perspirabili retentâ
fertur ad urinae vias, potest ibi secre-
tiones, et excretiones perturbare
potest reddere urinam tenuem, et
claram, suppressionem producere;
potest alios turbare; ubi ad glandu-
las salivales producitur, facit sali-
vationem nimiam, ut apud Rid-
lejum de Hydrophobiâ, ibi observa-
vit in homine, qui diu laboraverat
asthmate, cessante hoc paroxys-
mo, incideret in salivationem,
cum materies ad glandulas saliva-
les delata, stimulos faciat.

De Cacochymiâ.

Ubi ad alias partes fertur, facit ulcera ma=
=la; si ad Organon respirationis
asthma; si ad Oculos caecitatem, tubo=
=res, aliaque ejusmodi; sunt pars differen=
=tiae et Symptomata; saepe fit, ut ad
Cutem feratur, et ibi varia producat
mala, quae modo sub pustulis, mo=
=do sub tumorum formâ, se mani=
=festant, Unde mira datur di=
=versitas; Omnes has numerare
impossibile est, varia sunt nomina,
quando Elephantiasis, Lepra, quando
Scabiei nomine veniunt, et inter se
conveniunt, exigua est differentia,
ut penitus distingui nequeant;
descripta haec leguntur apud Auc=
=tores, et vix intelliguntur; Natura
mira est, quum hae diversitates,
quae occurrunt, vix verbis pingi
queunt; Coloris varietates in
tumoribus vix describi possunt, ut
in descriptione habitus plantarum
nemo pro ideam claram accipe=
=re ex descriptione, ut plantae
semper intelliguntur, sic et hic, oportet
pictores ad singulas eas diversi=
=tates, ut faciunt Botanici.
Producuntur porro per has Cacochymias
in solida agentes variae Ero=
=siones, ut in Scorbuto, ubi variae Ex=
=ulcerationes ex hac Causa oriuntur;
obstructiones oriuntur in Glandu=
=lis, dein oriuntur Scirrhi, Scrophulae,
quae videntur iterum produci, dum in solida
hae Cacochymiae agunt, et obstruc=
=tiones producunt, quod fit, ut ma=
=teries eadem copiâ non possit deferri
ad Cor, quam ad has partes, donec
robore minuto vasculorum obstructiones
manent, ut tumorum tandem tempus in fluidis sit.

De Cacochymiâ.

Producuntur quandoque tumores albi ab extra-
vasis, et nascitur inde putredo, quandoque nascitur
hydrops, impedita nutritione, fit quoque cachexia
inde via sternitur ad mortem, et febres len-
tæ se adjungunt; si sunt tales in visce-
ribus, fiunt gangrenæ.
Varii sunt effectus, qui producuntur ab his
Cacochymiis, licet diversitas magna ob-
tineat, et ideo dicendum est quod, quot sunt di-
versitates in effectibus, tot sunt diversi-
tates specierum; non observamus, quod varii
effectus possint produci ab eadem materie,
et iidem effectus possint produci ab eâdem
Cacochymiâ.
Effectus, qui externâ facie conveniunt, produ-
ci possunt a Cacochymiis diversarum
partium; in Arthriticis doloribus semper
non eadem materies, sæpe oritur
talis dolor a materie perspirabili re-
tentâ, et et quandoque, ubi ulcus quoddam
antiquum [illegible] sanatum est; vidi Cahiri
homo quidam gestaverat per annum
fonticulum; auctor est quis Circumforaneus
ut consolidetur fonticulus, dicens, opti-
mam materiem continere; consoli-
datur, sed brevi dolor intolerabilis in
femore, omni formâ Arthriticis
similis, absque ullo tumore, perseverabat
per tempus, et tandem circa os femoris
nati sunt abscessus, propter spasmos im-
pediebatur circulatio per hæc vasa,
oriebatur species Erysipelatis, et stati
humores, qui putredinem conceperunt,
aperto hoc loco, incredibilis copia
saniei, et ichoris effluebat, inde
mors sequta est.
Femina quædam laborans Cancro, et
utens sub Curatione Cortice Peruv:
sputa excrevit purulenta, diarrhoe-
icam passa est,

De Cacochymiâ.

Praeterea vero passa fuit dolorem intolerabilem circa glutaeum, ut tempus decubuerit in lecto, externe nil potuit detegi, nulla tumor, nulla rubedo, nulla suppuratio secuta fuit.
Ergo sunt causae observantur.
Alii casus observati fuit, quod in homini multis lue venereâ laborantibus ossa fiant fragilia, ut a minimâ vi frangantur. observatum fuit in Galliâ quod persona fuerit ero mammarum ex eodem malo laboraret, et fractum ei fuerit os humeri cum vellet quid attollere, in alio fractum fuit os femoris, cum scalas vellet adscendere.
Differunt tamen haec, si quis bene observat, videbit, plures esse causas, novi hominem, qui ex nullâ aliâ causâ, quam perspiratione insensibili laborat impeditâ.
Sed potest contingere, quod eadem materies diversos producat effectus, in colicâ saturnicâ ubi haec retinetur materies, aliquando mania, Epilepsia, Caecitas, aliquando Asthma, vomitus, colica oriuntur, ab eâdem materiâ omnia haec producuntur. si quis considerat ~~Lue Veneream~~ Lienem, ventriculum, quanta mala inde producuntur. si quis legit Astruc, videbit, nullum esse affectum, qui produci possit a lue Venereâ, ut non possit tempus judici ex effectu, nisi suspicio sit de contagio, ut medicus rogatus quaerere, an peccatum venerit de contagio; si aeger dicit, se laborasse Gonorrhoeâ, debet inquirere, an bene sanata sit, si invenit, debet concludere, eum Lue venereâ laborasse; caecitas inde nascitur; observantur haec mala, cum venenum mitigatum est.

De Cacochymiâ.

Hi effectus varii ab eadem Causâ, Sc. Cacochy„
„miæ Specie, pendent fere semper a diversi„
„tate loci, ad quem fertur materies;
Observavit Ridley, ab eadem materie
esse fuisse asthma, Colicam Pictonicam;
si ad oculos feratur, producit Cæcitatem,
ad pulmones. Asthma; Verò, quod spe„
„cies Cacochymiæ habeant certos effectus,
quos fere semper producunt, nisi turbetur
Corpus, v. g. Morbillosa materies producit
Species Exanthematis, Plica Polonica
Crines in Capite; Lues Venerea ulcera
faucium fere perpetua; sic per statim morbus
in America, quo corripiuntur Æthiopes,
si in Americam ex Africâ veniunt,
Janour vocatus, oriuntur tumores in se„
„moribus, brachiis, curatur ut Luës Venerea,
Lodde, si perversa sanatio fit, multa mala
alia nascuntur.

Effectus Cacochymiæ oriuntur a 2obus fontibus;

A. Sunt Quidam cogniti,

B. Quidam incogniti.

A. Cogniti sunt, qui pendent a Cacochy„
„miâ ab acido, nimio glutinoso,
v alcali nimio.

B. Incogniti sunt, ubi ab his non pendent,
et non explicari possunt, nec quomodo
effectus producatur a tali Cacochy„
„miâ; et possunt effectus referri
ad omnes, ut sunt effectus, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Hi
~~effectus~~ pendent ab actione in soli„
„dis, et afficiunt systema irri„
„tabilitatis, unde Convulsiones.

Pergamus ad Curationem; haec tamquam cogni„
„tam; quae incognitam subjaceat absolutè Indicatio„
„nibus.

De Cacochymiâ.

1mo ut expellatur materies Cacochymica;
2do ut corrigatur vitium;
3tio ut Causæ tollantur, quæ vitium producunt.

1mo Cacochymiam difficile est expellere; et ratio evidens est, mixta est humoribus, debet secerni hoc prave a sanis liquidis; id est in potestate Medici, et ipsius naturæ, quod talem facit separationem per dissipationem per determinationes solidorum motus, talis motus produci potest a Medico, saltem certe; si vult expellere, tentet expulsionem, vel
α. per alvum, vel
β. per renes, vel
γ. per Cutem.

α Per alvum ubi tentat, quod sæpe oportet fingere, dum purgantia stimulant intestina, et humores eo alliciunt, ibique agunt eodem modo, ut Cantharides, si applicantur Nuchæ, ubi serosus fluxus fertur ad Oculos, ideo obtinemus, si in solidis excitationem, separationem instituunt, ut determinetur materies ad partem, quo locorum, ubi stimulus est; uti nunc per Cantharides est semper certa est separatio, vel secretio, sic per purgantia; crimen satis bene suscipit illa, et debent dari purgantia, quæ debilitatur corpus, per blanda, repetita sæpius; laudatur hunc in finem ab Anglo quodam aqua Marina in Tractatu de tabe Glandularum, ubi dicit, quod aqua marina stimulo agens in intestina, afficiat primarium Excretionis Organum, ubi sic dicta felicitate natura, universus determinet omnem acrimoniam;

De Cacochymiâ

Plures Casq addit, ubi invenit, in Fluxibq ad Oculq, in Obstructionibq Glandular, in morbis Cutaneis pdie, in his ex bibunt aquam marinam qtidie ad ℥ij, ut bis, & ter alq Sellis siciet de die, & S sollicitat alq pot sumi pilula una, & altera blandæ purgationis, usq fui bis, & ter optimo cum Successu; laudat alteriq in affectibq Oculi, in morbis Cutaneis; an effectq eius veri sint, ignaro; pot ktimari p annum.

β. Pot fieri p denes, in Omni Casu hoc fieri pot, ubi & adê febris ntis purgationibq & debet adee febris, maximam laudem me=retq in Oculorq morbis, in tenui materiâ, quæ pulmones affi=ucit, in materiâ ad Intestina & dolorem, tormina facientes, ibi purgantia & conveniunt, in metq ē, ne materies acris sit, diu=retica conveniunt in iis, qui impeditâ pspiratione laborant, maxime conveniunt Rā Salis Tartari, & Antimonii Tartarisati cum Vino Hispanico, & Syrupo, ne acrimonia noceat, debet sumi ad ℥ij qtidie; laudat ut & diure=ticum ad Cacochymiam Clat: Lund de morbis Biblicis; Cantharides, dicit, se expertq fuisse in Elephantiasi, & & minimâ Copiâ ingerendq, pot superbibi lac cum aquâ mistq, & aliud demulcens, & si dolor inde ortq sit circa Vesicam, pot tentari usq Camphora; quodq Groene=veld laudavit Camphoram.

De Cacochymiâ.

§. Aliquando tentavi poe per diaphore-
-sin, quae iterum locum habet
in iis affectibus a materiâ perspi-
-rabili detentâ, et tempus tum
sudoris obtinens, et nullum damnum
inde datur, ut ad sudores desperatus
opus est, ut sumatur infusum Thei,
forme Calidum, ex herbis aro-
-maticis pectoralibus cum aquâ Calidâ
emolliens, poni in lecto debet
aeger, ut paulo intendatur sanguis
motus; hoc faciunt Aromaticae
leniter amaricantia semina,
Item salis Tartari, Ra Antimonii
Tartarisati, Spiritus ex Aceto, et Spi-
-ritu C. C., est egregium medicamentum
sed ad ʒß, vel ℈ adhibendum est, et
Cum infuso tali diaphoretico,
Item Helenii, Bezoardica, laudatur
ab Hoffmanno in Operibus Physico
Medici Chemicis Spiritus ex Sale Ammo-
-niaco destillatus cum Sale Alcali
fixo, additis floribus sulphuris, appellatur
Spiritus Volatilis, laudatur summum dia-
-phoreticum in Podagrâ; Ipse autem sum,
sed credo, valde ingratum esse, nam ♃ ova
putrefacta refert; Ita sudoribus expellendi
persunt hic referri fonticuli, se-
-tacea, applicationes Cantharidum tunc
cum materia occupavit fixum
locum, ubi in viciniâ apponere possu-
-mus Cantharides, et sic abstrahere
obtinemus his iidem, ut solida irri-
-tentur motus secretorius institutus,

De Cacochymiâ.

Et materies determinetur ad loca
stimulata; sed certum est, maximo
ubi sunt in multis casibus, ut sima-
teries acris posita sit ad pulmones,
ad oculos, ad gingivas, ad dentes, fon-
ticuli quae fiunt.

2da Indicatio jubet, ut corrigatur materies.
haec difficilior est expulsione; pauca
addam vitia humorum quorum antea dicta
sunt potissimum Acidum et Alcali; quod
in humoribus est, vix quod vitium per
oppositum remedium sanari posset,
viscera possumus corrigere; sed corri-
gere volumus, possumus illud facere
per corrigentia, ut Acida corrigunt et
Alcalina; possumus intendere Cura-
tionem ope vasorum medicinis, quae hoc cor-
rigimus; sed talem volumus efficere,
debemus scire, cujus indolis sit materies
prava, ut opponamus Medicamenta,
aut excogitemus de modis vasorum, quod
segregare sinat hoc vitium; sed pleraque
vitia talia sunt, ut indoles incognita
sit, propterea dantur remedia Specifica,
de quibus dicere possumus tale quaerit in
tali vitio, hoc sufficeret, licet non
sciremus Causas, sed talia non dantur,
Omne quod facere possumus est di-
luere, et demulcere, ut obtundamus
vasa, et defendamus a stimulo vasa,
dantur Empyrici, qui sanant, sed
nescimus quomodo operantur, loquor de
Curâ Rationali.

3tia Indicatio jubet Causas tolli: varias
esse posse Causas, audivistis, si ex
alimentis, alimenta opposita dan-
da sunt, de his jam actum est.

De Cacochymiâ.

Ubi ex secundo fonte oriuntur, ubi vasa eorumque intenti, & vinctae sunt, patet, quod omnino restituendi debeant, quomodo id obtineri possit, constat ex antecedentibus.
Est alius fons, ubi ex vitio structurae, ex stagnatione fiunt Cacochymiae; talis debet stagnatio tolli, si ulcera sunt, sanari; si non sanari possunt ut in Cancro, non est sanatio plena; si affecta sunt viscera, si debilitata, ut esse sunt in pulmonibus; si obstructiones sunt Lienis, & hepatis, debent vitia tolli, quod excretiones sunt impeditae, debent restitui; si ex urinâ retentâ oriatur, debet ejus secretio restitui, aut debet alio in loco fieri, si quis facere posset, ut urina in alio locum evacuari posset, sanaretur; si bilis est obstructa, et Cacochymia Icterica est, debet excretio restitui. Idem verum est, si perspiratio impedita est.
In his omnibus possumus sedem obtinere, sed semper laboret Medicus, ut, quae oscillationes pravae sunt, ex actionem earum sequuntur humores; nil superest, quam restituere oscillationes, sed ibi magna difficultas, latent motus ipsi verbi, ignoramus, quomodo sese habeant; Ergo id dicere possumus, quod medicamentum mutare debet, et si dicimus, tale adhibendum est, quod ita restituit, egemus indicatione: posset quis dicere, redigis in ordinem, si tollas causas, sed hae saepissime latent, et si non lateant, non possumus tollere.
Praeterea potest una aliam producere Cacochymiam; si una adest, afficit solida, motus solidorum mutantur, et vitiantur fluida; in his omnibus casibus Medico inquirendum est, ex quibus causis possunt esse turbationes, omnes enumerare impossibile est, dicemus de paucis quibusdam notis.

De Cacochymiâ.

Sic observamus, quod oscillationes depravatæ causæ extiterint plethoræ, imprimis natæ post excretiones naturales cessantes sponte, in tali corpore adest sensibilitas, impatientia distensionis, ubi evacuatio cessat, sanguis superfluus motus spasmodicus fuerit, hoc adeo, et turbatæ oscillationes vasorum minimorum, quippe; fiunt in tali homine congestiones versus caput, versus pulmones, fiunt quando sputare, tibi de liberatur tempore teges, si hæc fiunt, oriuntur cachexiæ, tandem oscillationes pravæ vasorum minimorum imprimuntur vitii sanguini, quæ desinunt in cachexiam, atque cum hæc adsit, experiuntur vitia ex solâ cacochymiâ, ut ulcera varia cutem turpem reddentia, varices; notavit Scultetus, feminam labore menstruis, dein suppresso hæmorrhoidum fluxu, dein tineâ capitis, qui morbus sanatus fuit restitutione menstrui fluxus.

In omni casu restitui debet excretio; quando, ut audivistis, laborant viscera obstructione, ut fine hepar, et lien, in omnibus casibus potentur afficiuntur solida, ut nulla pars sit motu instructa, quæ turbetur, ergo et minima vasa; ex hac causa oriuntur ~~cacochy~~ cacochymiæ, quia viscera non exercent officium, et ob alias rationes, tunc iterum restituenda sunt viscera.

Aliquando hoc obtinet, ut structura solidorum sit depravata, ubi in quacunque parte noces irritabilitatem; semper habet rationem suam in structurâ, et pro ratione structuræ fit irritabilitas, ut in nervis, et aliis partibus; si vitiata structura est causa, debet medicus tentare, an possit restituere, quæ restitutio fit exercitioni levi, levi labore, et victu.

De Cacochymiâ.

In omnibus Cacochymiis, ubi dolores sunt ex tenui acri materiâ, fere nunquam lac in usum venit, modo aeger ferre possit, tales conditiones postulantur in hominibus; lac enim praebet nutrimentum blandissimum, et cum minorem actionem vasorum exigit, blandum medicamentum praebet; forte licet dubitare de hoc, quod lac anodynam vim subitaneam praebeat, et demulceat; lac habet nil acre in se, et inde facit, ne nova Cacochymia generetur; sed videtur maxime contribuere, ut post aliquod tempus ejusdem usus temperetur, dein bona structura in solidis aequaretur; quidquid sit, in veris Cacochymiis lac egregium habetur, praecipue ubi dolores sunt, in arthritide, podagrâ, in topicis malis, vomitibus diuturnis, et chronicis, in defluxionibus cum acrimoniâ exhibetur lac; exhibitum fuit homini perpetuâ ophthalmiâ laboranti, ut generativa viris, auctor fui ipsi, ut lacte uteretur solo, post septimanas quatuor sanatus fuit, et cum rediit malum, post 3 dies ubi ultus, et restitutus; dixit mihi, quod auctor fuerit homini, qui pustulas habebat in facie, ut uteretur lacte, fecit, et non facile rediere pustulae.

Multi tales casus dantur, et non facile omnes casus determinantur; videmus, quod homines a nativitate corpus habere gentile, et quod haec gentilitas faciat, ut, circumstantiis advenientibus, spasmi nascuntur multi, diuturni, sub quo motus in his hominibus turbatur; alius causa est, non succedit perspiratio, digestio, non huic attendat Medicus, ut quod gentilitatem a nativitate non posset tollere,

De Cacochymiâ.

Praeveniat spasmos tam facile oriundos; in Causâ quae sunt Cruditates alvinae, ubi alvus libera est, educat, ut 2dâ, 3vel Septimanâ utamur purgantibus; Elixiria Stomachica adhibeantur, item infusa Theiformia ad diaphoresin promovendam; Si roborare volumus systema nervosum, possumus praescribere aquas minerales, potest exhiberi Cortex Peruvianus, potest etiam adhiberi, modo non acrimonia afferatur; Videmus et hoc, quod homines quando sanentur a Cacochymiis suâ sponte; videmus homines cutaneo vitio laborantes per hyemem, aestivo tempore liberari; Vidi infantes, qui variis affectibus Cutis afflicti erant ad X annum, tum vero liberabantur; si nunc Causam quaeras, videtur quaerenda in secretione, id est, quod Corpus quando secretionem instituat, quando est; aestivo tempore gaudet majori sensibilitate, motus, qui ortus sunt oriuntur a stimulis, magis naturales sunt, idem melius succurritur homini tempore aestivo, quam per frigus ubi impedita perspiratio: Alia accedit Causa, dum videmus infantes liberari a Cutaneis vitiis, quum vasa roborantur, et materies excernitur: In Podagrâ, ubi debile est Corpus ex morbo, aegre fit separatio, Natura instituerit separationem, modo vasa bene roborata sint, et hoc saepe, ubi jam plura tentavi.

Si ad aegrum accedas, inquirendum est, an ex spontaneâ humorum degeneratione oriatur Causa, an omnes excretiones se bene habeant, an viscerum obstructiones sint.

De Cacochymiâ.

Multa alia sunt examinanda, quæcunq
tentaveram remedia, vel sciunt, loquor
de Empyricis remediis; Quod ergo
laborari debet Corpus, ingesta bene mu=
=tentur, ut abeant in bonos humores;
si acre est, expellendum est; laborant aquæ
minerales, &, Cortex Peruvianus, aliaq.
plures Causas dari, quod oscillationes
male procedant, nullus dubito, sed igno=
=ramus, si ignoramus, si medicamenta
sine fructu damus, haeret aqua, indi=
=cationes deficiunt, recurrendum est ad
Empyrica; hinc acquirunt circum=
=foranei requidos famam; Vidi femi=
=nam, quæ laborabat prurita
partium genitalium, cum effluxu
materiæ rodentis, aliaq symptoma=
=ta scorbutica habebat; incipiebam
tractari adhuc juvenis, præscripsi di=
=uretica varia, salia, aliaq sine
effectu, cogitavi, demulcentia requiri
debere, sine fructu adhibui, natu=
=ram materiæ ignorabam, præscrip=
=si Antiscorbutica sine effectu; illa
adiit Clar: Boerhaave, præscripsit
idem sine fructu; suadet, oleo Haar=
=lemensi uti; facit, et sanatur brevi;
videt medicus, talia contingere. Nuper
Hagæ Comitis consultus fui de prurita
partium genitalium mulieris, ubi pustulæ,
et tumores nascebantur; omnia adhi=
=bita erant ex ratione, antiscorbutica,
aliaq demulcentia sine fructu, ipsaq
Mercurialia, & sine fructu, tandem
confugi ad aliquod remedium Empyricum,
præscripsi decoctum Antimonii, resti=
=tuta fuit intra octiduum.

De Remediis Empyricis.

Medici Juniores debent recurre ad Reme,,dia Empyrica, in auxilium vocare debent auctores, nesciunt, an eorum scripta vera sint, nesciunt Cautelas, nesciunt, an conveniant; hinc in vestram uti,,litatem, et utilius adjungam Catalo,,gum Remediorum Empyricorum eorumque histo,,riam, nec non methodum illa exhi,,bendorum.

1. Mercurius ab Arabibus primum invoca,,tus fuit, et ad hibitus in Cutaneis morbis; ad Luem Veneream sequentes ad hibuere; posteriores varia praeparata invenere. Crudus si adsumitur absque praeparatione, subito solet anum exire; si obstruc,,tiones, et excrementa ~~ibi haerent~~ obturant canales, potest ibi aliquando ad,,haerere, ubi haeret, non facile egreditur; peristalticus intestinorum attritus in pulve,,rem ~~...~~ minutum, sub hac formâ potest sanguinem ingredi, et effectus facere, sed hoc raro fit; si solutus cum Terebin,,thinâ, salivâ, melle, vel saccharo atteri,,tur diu in mortario, et lapidibus Can,,crorum, sic fit pulvis Mercurii alcalinus, tunc intrat sanguinem, et excitat sa,,livationem; idem efficere potest, ubi externe applicatur formâ unguenti, et affricatur corpori, fit recta obtro, fitque salivatio.

De Remediis Empyricis.

Similia fiunt, si forma vaporis applicatur, veluti si in officinis artificum sumo ☿ dulcis impositi carboni ignito, vel Cinnabaris impositi prunae, sese saepe insinuat vasis, ubi sic intravit san= quem, incitat humores gingivarum, facit inflammationem glandularum salivalium fortius reddit spiritus et efficit salivationem; hoc ipse observavi, etiam ex nimia purga= tionibus; hinc Gallus Medicus Desjean de Lue Venerea hanc methodum comen= dat sub forma linimenti, Hoc remedii ingestum quotidie aliquoties, ita, ut careant aegri absque saliva= tione, ○ tentavi, et post tanto fieri semel dedi Mercurii, et nata erat saliva= tio, volui tentare, an flores sulphuris possent quid efficere, junxi mercurium cum sulphure, et feci aethiopem, sedo sedabat,

nullus habuit, quum erat admodum parva dosis mercurii, et magna salivatio; hinc ○ pendet a magna copia Mercurii, sed ab actione singu= lari in hoc corpore, ut possit sup= ee salivatio, licet jam expulsio fiat, videntur suadere observata; ubi pondus Mercurii examinavi, quod excernitur per ptyalismum in Lue Venerea, inveni ingentem quantitatem in princ= cipio, et postea minorem et minorem, donec ejectus fuit: Patet clare, vix ea, quae saliant per mercurialia corrigi posse, propter salivationem.

Externe applicatus imitatur quum corpus to= tum, sed ubi volumus effectus habere in loco quo singulari,

De Remediis Empyricis.

Vot Certi esse sensibiles effectus dari, tam externe
usque proferendo, qm interne, externe certius agit,
qm interne; hinc in tumoribus resolvendis
reliquo corpore sano juvat applicatio ad
locum affectum, in Viscerum tumoribus, et
Glandularum, in Bubonibus; Vidi semel
feminam laborantem lue Venereâ,
cum simul haerebat tumor ingens in
mammâ, tribuebam lui Venereae,
et erat eadem curatio, dabatur interne,
salivationem fecit, in minutus fuit
paulo tumor, sed ingens restabat
postea circa finem salivationis,
sub formâ Linimenti ad locum affectum
applicatus fuit ☿, et resolutus est tu-
mor; adeoque prestantius est usus externus.
Sic in quibusdam ulceribus potest applicari sub
formâ Vaporis, vel Linimenti; in si-
nuat se vapor bene, et vidi personas,
ubi optimum habuit eventum; hinc in ul-
ceribus nasi, faucium, formâ Vaporis
adhiberi potest, de quacunque causâ sint,
praesertim si in faucibus est ulcus, ☿ dulcis
imponatur carbonibus, a gr: viij ad xx,
praestat sic Cinnabaro, quia haec sulphure
suo nocet.
Sunt alia Mercurialia, cujus operatio-
nes conveniunt cum Mercurio crudo,
et forte in quibusdam differunt, quod per mer-
curium possimus obtinere effectum si-
ne salivatione, forte in aliis.

2. Interea ex mercurio eminet ☿ dulcis
hic excitat salivationem, si quotidie ad
quaedam grana adhibetur, interdum ad
pauca grana unâ vice data producit
salivationem, ut praecaveatur salivatio,
potest dari ☿ dulcis quotidie ad granum ß, vel j,
vix adscendere debemus ultra Gr: j,
nisi corpus sit valde sensibile in sali-
vationem, potest sic quotidie sumi per dies
aliquot, dantur laxantia post unam alte-
ramque diem, et dein utitur mercurio;

De Remediis Empyricis.

Cicuta obstinacissima curantur mala, laudata a Junckero in Cutaneis morbis, et obstructionibus Glandularum; dedi eandem in obstructis Glandulis salivalibus, sed sine effectu, ut probetur semper effectus; potest sic dari satis diu sine salivatione, semper aestate melius removetur, quam hyeme ob impeditam transpirationem, forte quod nihil placeret, a frigido mutatam sensibilitate, solida stimulum patiuntur minus aestate, quam hyeme, ergo ob oscillationes magis depravantur hyeme, quam aestate.

3. Sequitur Mercurius Praecipitatus albus et ruber; sunt acriores nimis, hinc utuntur externe, raro interne Medici; ad ruber a gr. i ad summum ad ij grana.

4. Turbith Minerale, est medicamentum validum, sed minus acre, rodens, corrosivum quam ruber, et albus; potest ex ruberi a gr. j ad gr. vj; Sydenhamus dedit ad gr. viij; alius purgat, et optimus in Gonorrhoea usque a dividi quantitatibus ad gr. j, et effectus dedit; est debet usus ejus protrahi, quam est nullus Mercurius, et quod promtius excitat salivationem, quam Turbith, hinc sine excitata salivatione ad ℈ß potest dari.

5. Aethiops Mineralis, commendabilis est, quia dari queat sine metu salivationis, sed est valde iners medicamentum, et dicunt, eo minus, quod omnia fere venena Mineralia laudat, mitigetque eorum virulentiam; inter quamplurima commendo; potest dari ad ingentem quantitatem ad ℥ß, ʒj, et ad ℥ij, si modo gravet ventriculum, ita ut sit laxans, et accidat vermes; sed quod credat Boerhaavius, hoc remedium incitare sanguinem, obloquitur experientia;

De Remediis Empyricis.

Testantur Auctores, Scabiem hoc medica-
mento Sanatam fuisse; Schulzius
laudat in obstructionibus Glandularum ob-
servationes docuere, hoc medicamentum
aperire, reserare; Extat Casus mira-
bilis Curatus a Mercurio vivo, et Aethio-
pe minerali apud Cheyne Medicum
Angl. de morbis Anglicanis, ubi illigit
morbos nervorum; laborabat quidam ulcere
foetente ibi a plurimis annis, incassum
factum multis, tandem quotidie dabat Cheyne ʒi
idque per quot menses; refert, quod restitutus
fuerit, et sanatus vixerit 3 annos; re-
fert, quod sudor fere odorem sulphuris
haberet, emplastrumque sulphuris ex hi-
buit odorem, et metallum contraxit ex
Mercurio; patet clare, quod possit tuto
exhiberi; narrat Casus, ubi sallivationem
errorem excitavit, non nego, quod contingere pos-
sit, sed raro.

6. Pulvis Alterans Edinburgensis. Medi-
ci Edinburgenses in actis suis dedere hunc
pulverem; Conficitur ex portione Anatica Mer-
curii dulcis, et Sulphuris aurati Anti-
monii, teritur super Porphyriten, donec splendor
disparuerit, et natus fuit pulvis bruni
coloris instar Coffe, nascitur species Aethio-
pis mineralis, sed quod mirum, videtur
infringi vis Sulphuris Antimonii,
quod vel Gran. ij vomitum excitat, laudatur
ad exstirpationem Luis Venereae, eadem
tos Cutaneos, laudatur a Bergero contra ob-
structiones Glandularum et Scrophularum
vide Pharmacopaea Wanderana insertus
est sub dicto nomine; dedi cum successu,
commendavi aliis, et laudaverunt ef-
fectus, dedi pulverem quotidie ad gr. viij
per menses sine salivatione in quodam,
in aliis primam dosin secuta est saliva-
tio, etiam ut incertus sit usus, et minime metuendus,

De Remediis Empyricis.

-ning metallendy aestate, qui hyeme
gr. xv adhibent Edinburgenses, o tq
anty fui, qum vomitus, et alvi secess
sequebantr, si dat sudarifen in Lecto
poe effecty habere.

7. Aethiops Antimonii. Constat, q describ
-tur in Observationibus Nosocomii Bero-
-linensis ad Ellen, constat ex unâ parte
mercurii, et duabus partibus Antimo-
-nii Crudi, terantur in mortario Vitreo,
donec desparaty ☿, Antimony continet ♃,
hoc solvit mercury Crudr, et sic nás-
-citr aethiops, hic facilem salivationem
excitat, imo meliorem, qu quæ sul-
-phure gummi fit, n hoc ♃ minorem
vim mercurii solvendi habet, poe
daria ℈j ad ʒß, quando ulterig. predicaty de
hoc ab Ellero, dicit, se sanasse ulcg
Cancrosy, o fuit verg Cancer, tunc enim
nil præstat, commendaty etiam aliis
morbis, sic Cl. Chartrensis Medicus ob-
-servavit, illo adjuncti posse in mor-
-bis Cutaneis.

8. Mercurius Diaphoreticus Jovialis.

Eyyamem init Hoffman, constat ex mer-
-curio Cum stanno redacto in Amalga-
-ma; Amalgama stanni solvit in
Spiritu Nitri, pulvis ad fund cadit,
perdit salivationem excitandæ vim,
daty homini ad gr. x, dedi ad ℈j sine
effectu, videty major hujg vis, qu
aethiopis nitri, ubi q. hoc medica-
-menty vult præparare, debet Curare,
ut stanny purissimy habeat, si n ha-
-bet, nascety species Cerussæ, et hæc
nocet Corpori, pulvis recte præparaty ê
Gryseg, Caeruleg, ex Cerussâ magis albi-
-cans; poe dari Cum infuso theiformi.

De Remediis Empyricis.

9. Laudat Hoffman Mercurium Solarem,
qui longâ operatione conficitur ex auro
juncto cum Mercurio. Carere hac
possumus.
Posset quis jungere mercurium praecipitatum
rubrum cum sulphure crudo; posset
jungi sublimatus cum sulphure, et
tum retinet quid de vi mercuriali.

10. Mercurius Sublimatus potest exhiberi sed
parvâ dosi, quotidie ad gr: ½, modo quis caveat,
ut dilutus sit decocto glutinoso; ad
pertinacissimos morbos cutaneos valet.
Salivatio hic non est metuenda, sed potius alvi
laxitas.
Laudantur mercurialia aliis in casibus,
praeparatus et crudus habetur in affectibus
Venereis, in Gonorrhoeâ pertinaci, et
diuturnâ, maxime in Bubonibus
illis vix resolubilibus qui cadunt, tum
exhibemus, sed parvâ dosi ad gr: ß, vel j,
vel ad ij modo ad summum, qui conducit. Nam
secum.
Haec sunt praecipua ex Mercurio, in
his omnibus plurima reperiuntur, ubi
solutus est salibus metallicis acidis acribus;
Demonstravit in Monumentis Bero-
linensibus Marggravius, quod solvi pos-
sit in acidis Vegetabilibus, et salibus
alcalinis certâ ratione praeparatis.
Videndum est, an haec praeparata non mitiora
sint, quam salibus metallicis: Docet
idem, quod ☾ posset solvi in acidis Vege-
tabilibus, non habemus aliud quam acidum
metallicum; tunc habet tale reme-
dium violentos effectus, sed nec posset
tentari, an valeret illa methodus et
accommodari ad Cacochymias.

De Remediis Empiricis.

Nunc probabile est, alia corpora esse, quae ita possent trahi in usum in cacochymicis speciebus. Pleraque vegetabilia venena agunt in solida, vel extinguunt principium vitale, aut producunt motus convulsivos; si haec adhibentur parvâ dosi, paulatim absque magnis turbis operantur; credibile est, modificare oscillationes, et sic producere diversas oscillationes. Non dubito, quin dentur venena, quae usu, et copiâ possint producere cacochymias, sed ubi dantur cacochymiae, possunt producere contrarias qualitates, mutare in oscillatoribus depravationem; Aqua Lauri Cæsaris in magnâ copiâ data necat animalia; dedit minori copiâ Anglus quidam, et vidit, mutari fluida, et morbum cutaneum natum fuisse in cane. ~~Quaestio est in quib~~ Quaestio est, in quibus morbis Mercurius posset induci; Valet Mercurius in Lue Venereâ, hoc nemini non notum est; si lues Venerea debeat extirpari perfecte, opus est salivatione, per septimanas protractâ, ut non sufficiat extirpando veneno, ideo potest palliare symptomata, sed redeunt, dantur casus, ubi de novo cruciavit aegrum, ex variis pendet causis; vel quando non satis diu protractus est, vel quando minori dosi, vel quando nimis altas radices egit malum, vel in ossibus sedet, vel materia purulenta extravasata haeret, continens contagium venereum, per circulationem non eliminandum, extra vasa haeret, et in illa genere non potest Mercurius: Potest resorbtio fieri, et reduci effectus; sunt homines, qui mercurii usu penitus ita tabescunt, et dissolvuntur ulceribus; tales castigandi sunt.

Laudavit Mercurium, ut medicamentum laudabile contra variolas Clar: Boerhaave.

200 —— **Winter, Freder.** (prof. en méd. à l'univ. de Leyde, 1712—1760) PRAELECTIONES ACADEMICAE in H. Boerhaave aphorismos de cognoscendis et curandis morbis. 4⁰. cart. 50

Manuscrit important composé d'après ses cours universitaires. — le Prof. Winter n'ayant laissé aucun ouvrage ce ms. a d'autant plus de valeur.

Bt. auctiön Burgersdijk & Niermans
april 1914. fl. 48

200

Really i + 187 leaves, for ff. 25 & 111 are double.

